ELOGIA
CIVIVM
PERVSINORVM

Qui Patriam,
Rerum, Pace, ac Bello, gestarum gloria
illustrarunt,

CENTVRIA SECVNDA.

CAESAR ALEXIVS
I. V. D. Perusinus
colligebat.

ROMAE, Typis Francisci
Caballi. 1652.
Superiorum permissu.

INDEX ELOGIORVM secundæ Centuriæ.

A

B

INDEX.

Diony-

INDEX.

Io.

INDEX.

Lu-

INDEX.

S.Ma-

INDEX.

Pau-

INDEX.

Sal-

S

T

V

Vin-

INDEX.

Finis Indicis secundæ Centuriæ.

Aloysius Alphanus Episcopus Aesinus.

NObili familia Frãcisco Patre natus Aloysius Bartoli Nepos, cùm Iuris ciuilis studio operam dedisset, publicè eam facultatem tanta cum laude professus est, vt Martino V. Summo Pontifici fuerit Iurisprudentiæ nomine nõ ingratus. Ab hoc Pontifice euocatus cõcessit Romam ingeniorum altricem; factus inde Æsinas in Piceno Agro Antistes, piæ sapientiæ, sapientisque pietatis monumenta edidit non contemnenda. Pastoris exemplar intuẽtium oculis subiecisse visus est magno publicæ dignitatis detrimento, incremẽto tamen famæ suæ obijt anno MCCCCXXXV.

De eo habetur in Historijs Perusinis Pellini, Ciatti, & Crispolti.

quodam inter se amicissimo certare viderentur. Ideo non solum Vmbriæ Inquisitor, sed etiam Franciscanæ Familiæ in Ministrũ Generalem electus fuisti anno MCCCCL. quia scilicet nemo te Christiana pietate spectabilior, nemo admirabilior doctrina, nemo generosis moribus ornatior. Tu inueteratam Græcorum hæresim Eugenio IV. Summo Pontifice in Oecumenica Florentiæ coacta Synodo rationum vi, ac pondere elusisti. Demum omnia tui Ordinis Cęnobia pedestri itinere miro sanctitatis exemplo non tam lustrasti passibus, quàm virtutibus illustrasti; tanto defatigatus incõmodo in patrię sinu ad Cęlum migrans in Dño quieuisti anno MCCCCLIV. eo ipso tẽpore, quo à Nicolao Summo Pontifice huius nominis V. Romæ inter purpuratos Patres adscribebaris; ideoque, vt olim fu-

nus, ita nunc ſepulcrum tuum rubro Galero decoratum videmus. Moreris immortalis; & qui nobis caducitate corporis occidis, ſplẽdore nominis ſine occaſu lucis, feliciſſime reuiuiſcis.

De eo habetur in Archiuio Peruſino Fratrum Minorum S. Frãciſci, in Chronicis & in Hiſtoryjs Peruſinis Pellini, Criſpolti, & Giatti.

Angelus II. de Vbaldis I. C.

ANgelus ſecundus de Vbaldis Iuriſconſultus inter ſuę ætatis primarios meritò numerandus. Hic Angelo Auo non niſi pietatis, & reuerentiæ nomine in Iure primas conceſsit. Aduocatus Conciſtorialis, Comes, & Eques Palatinus ex priuilegio Friderici III. Cæſaris creatus, Peruſiæ, Ferrariæ, & Patauii, trigin-

triginta ipſos annos principem ordinarium, Ius ciuile profitēdo, locum obtinuit; ibique vxorem e Veneta Nobilitate fæminam e Gente Marcella duxit. Demum ad ſuos rediens, quibuſdam luculētis in Iuſtinianæum Codicē editis commentarijs, & decem Reſponſorum voluminibus, non tam ſenectute, quàm ſapientia ſpectabilis, deceſsit in Patria anno MCCCCVIIC.

De eo Pellinus in Hiſtorijs Peruſinis.

B. Soror Angelica Ord. Seruorum S. Mariæ.

EX Angelica potius quàm ex terrena ſobole Soror Angelica videbatur procreata, quæ morum ſuauitate, pietate eximia, formæ, diuitiarumque contemptu, ad eam perfectionis metam peruenit, ad quam in hac vi-

ta peruenire magnæ beatitudinis est; vtque tutius ab hostium illecebris se ipsam tutaretur, in Pauperum Monialium cœtum Ordinis Seruorum sanctæ Mariæ ingenti lætitia se contulit; vbi ieiuniis, cilicijs, & assidua diuinarum rerum contemplatione, mortalium supra cõditionẽ euecta, in hoc mortis domicilio immortalitatis gaudia delibauit; & non solum Angelico, sed Dei etiã persæpe dignata colloquio, à quo beneficia plurima pro infirmis, egenis, & familiaribus impetrauit. Ergo non tam nomine, quàm moribus, Angelica, inter Angelos referenda decessit è viuis, imò melioris vsura vitæ fruitura in sinu beatitatis.

De ea habetur in Chronicis Seruorum sanctæ Mariæ Perusiæ, & Romæ in Ecclesia S. Marcelli. Obiit in Domino anno 1515.

Ange-

Angelus Bonçambius.

QVi imaginem Angeli Bõcambij intueris, ſcito fuiſſe eum in pueritia liberalibus diſciplinis optimè inſtructum; obfirmata mox ætate, militiæ nomen dediſſe, cuius fundamenta iecit ſub Ioanne Mediolanenſiũ Archiepiſcopo, viro iuſtitia, vitæ ſplendore, & clementia, antiquis Heroibus comparãdo; qui ſacri profanique Iuris poteſtatem cõplexus, ingentibus cõpijs magnũ vniuerſæ Italiæ terrorem iniecit. Apud hunc Angelus præclaris corporis, animique dotibus primos militiæ gradus adeptus, inter illuſtriores eius exercitus Duces connumeratus eſt; cuius virtutis fama Patria excitata, Angelum tantum Ciuem ad ſe, non abnuente Ioanne, reuocauit; & compoſitis eius aduentu domeſticis

ſticis ſeditionibus, in Cortonenſes cũ alijs potioribus Ducibus magno cum equitum, peditũque apparatu immiſit. Commiſſo prę-lio, non modò Cortonẽſes victi, & ad conſuetum tributum pendendum adacti, ſed etiam auxiliares Senenſes fuſi, fugatique, & penè deleti: ſatis enim conſtat, nouem & quadraginta hoſtium ſigna eo prælio capta, captiuoſque magno numero, in his præcipuos Duces, perductos in triumphum; quem ſane Angelus egit ſibi, & Patriæ glorioſum anno MCCCLVIII.

De eo Pellinus, Ciattus, Criſpoltus in Hiſtorijs Peruſinis.

Angelus Beccutus Eques Hieroſolymitanus.

CVm Magnus Vrbis Prior anno MCCCIXC. è viuis mi-

migrasset, Magnus Hierosolymitani Ordinis Magister, cognitis egregijs Equitis Angeli Beccuti ad propagandam fidem facinoribus, hunc Prioratum ei largitus est. Hic Perusiam reuersus, omnium eius Prioratus membrorũ in Perusino agro degentium possessionem suscepit. Sed Summus Pontifex Bonifacius IX. qui hũc Prioratũ & ipse contulerat cuidam Caraffio affini suo, per suos Legatos Senatum Perusinũ orauit, vt Beccutum à possesione eius deijceret; quam tamen Beccutus validioribus innixus rationibus dimittere nunquam voluit. Sublato paulo post ex humanis Bonifacio, Innocentius VII. per sententiã suam Prioratus eiusdem posseßionẽ, habita virtutum eius, rerumque ab eo gestarum ratione, necnõ Patria pro ciue suo enixè deprecante, Beccuto adiudicauit: quam cùm

anno MCDV. iniisset, palam fecit, virtutem, cùm magis aduersariorum viribus deprimitur, tunc maiori cum laude illustriorē exsurgere; Solem scilicet æmulata, qui splendidior emicat ab occasu.

De eo Pellinus, Crispoltus, & Ciattus in Historijs Perusinis.

Antonius de Michelottis Episcopus Perusinus.

ALtiùs emicans humana felicitate ingenij prudentia in Antonio fuit, nullis studiorum laboribus, nullis comparandæ sapientiæ exanimata difficultatibus. Absoluto rerú naturalium, sacrarumque curriculo, humanæ diuinæque sapientiæ famam tantam sibi comparauit, vt à Patribus Cœnobij Diui Ioannis agri Tiphernatis, in Abbatem fuerit.

rit adlectus. Miro studio Superos colens, tanto etiam mortales colebat, vt omnium beneuolentiam in iura traheret necessitudinis. testantur id Perusini, qui omniũ votis Præsulem suum Antonium conclamarunt, ob Religionem summa cum sapientia prudentiaque coniunctam. Nobilium animos à Bracchio dissidentes vt conciliaret, nullum non lapidem haud interitura cum laude mouit. Concilio Constantiensi interfuit. Duxit funus Beati Henrici, qui pro Regno Daniæ, quod ei cesserat, post Patrem è viuis absumptum, humili sancti Francisci habitu sumpto, nemini cognitus pedestri itinere pietatis ergo dum Romam tendit, vrgente mala valetudine, in ima collis decliuitate extra Portam sanctæ Susannæ beatam efflauit animã. quod factum Campanarum sancti Andreæ sonitus ibi proximi,

nullo monente aperuit: & per idem tempus Sigismundus Imperator Perusiam veniens voluit Henrici, tanquam consanguinei cælo recepti, corpus contractare; & obortis lacrymis amplexatus atque osculatus, pijssimis votis inde auelli vix posse videbatur. Antonius tandem animum Deo reddidit, vir omni virtutum genere honestissimus anno MCCCCXXXIV.

De eo habetur in Historÿs Perusinis Pellini, Ciatti, & Mariottelli in vitis Episcoporum Perusinorum.

Antonius Vulpius.

VIx dum puber Antonius prima stipendia fecit sub Malatesta Balionio, eo maximè tempore, quo Florentia Cæsaris pariter, ac Clementis VII. Summi Pontificis armis petita obsidebadeba-

debatur. Ea in obsidione adolescens id ætatis quà vigilijs, ac stationibus seruandis, quà eruptionibus ad vsque hostiũ castra faciendis, optimæ indolis spem fecit omnibus, & commilitones æquè, ac Ducem in sui amorem, & admiratione rapuit. Eo bello fortiter pro sua conditione perfunctus Antonius, nullam postea rei gerendæ occasionem prætermisit. Igitur Iulio III. Summo Pontifice in Farnesianos Pontificia arma mouente, Rodulphum Balionem Malatestæ filium sequutus, ætate iam vegeta, haud exiguę militum cohorti præficitur; mox primus ordinum ductor, quem Itali Sergentem maiorem vocant, in Pontificio exercitu eligitur, periti Ducis partes, cùm iam fortis militis expleuisset, impleturus. quod cùm perpetuo laudum tenore ad extremum vsque diem feliciter perfecisset,

cissct, perpetuò in ciuium suorum memoria victurus è viuis excessit.

De eo habetur in Historijs Pellini & Ciatti.

Angelus Piccininus Comes.

PEramplum Piccininorum præconium illustrius reddidisse constat Comitem Angelū Piccininum, quantum celeberrimis victorijs clarum, tantum immiti fortuna miserabilem. Mortuo Iacobo Patre, Ducum fortissimo, Ferdinandi Neapolitanorū Regis alitur beneficio, officio fouetur in spem ingentem auitæ fortitudinis instaurandæ. Cunctis igitur magnanimitatis partibus Patrem imitaturus, conscriptis copiis Romam petit, dum ea Vrbs misera clade vexaretur,

per-

perduellium vlciſcendæ perfidiæ deſiderio illectus ; adfuit non audito ſtrepitus tantùm, vt imbellium mos eſt, ſed vt pugnæ Arbiter tanto victoris decore nobilior . Peruſiam contendit, erectaque prope Thraſymenum Arce, iniqua morte occubuit anno MIID.

De eo apud Pellinum , Ciattum , & alios .

Antonius Cantagalina Rotæ Romanæ Auditor .

POlitioribus literis Philoſophiæ, & Iuriſprudentiæ ſumma cum laude operam dedit Antonius : & vix in Doctorũ familiam cooptatus ſuo docuit exemplo, ingenui animi eſſe plus ſplẽdoris inſignibus ſapientiæ tribuere , quàm accipere . Peritiſſimi Iuriſconſulti adeo feliciter numeros

meros impleuit omnes, vt adhuc iuuenis relatus fuerit inter Iudices Principis gẽtium Vrbis, quibus ab ea Rota nomen est, quæ sine errore errans perpetua circũuallatione terrarũ Orbem æqua Iudicii lance moderatur. Quia verò humanæ sapientiæ cursum confecit citissimè, immatura adhuc ætate maturos virtutis suę fructus decerpturus occubuit; nimirum, cui nihil iam supererat ad augendam gloriæ commendationem in terris, vberiorem, vt spes est, quæsiuit in cælo anno MDXXXV.

De eo habetur in antiquis scripturis.

Antonius Vitalius de Ariguttijs.

ETiam in pudicitiæ laude feliciter floruere Perusini

Pau-

Paucis ſcilicet ab hinc annis pudicitiæ ſuæ Antonius Vitalis Peruſinus, Sacerdos, oris elegantia ſimul, ac maieſtate conſpicuus, caſtitatis argumentum fecit ampliſsimum. Hic dum Venetiis imbuendis bonarum literarum notione nobilioribus adoleſcentibus operam nauat, ab eorum Parentibus ad nobilem formoſamque Matronam mittitur, eam vt ad fabulam audiendam inuitet. ſed heu quam parum abfuit, vt ne ante fabulam, daretur tragœdia. Abiit iuſſa facturus Antonius; & ab Ancillis in Herę cubiculũ admiſſus, ante vult pe oravit, quàm lingua: nam auditis inuitantis Antonii verbis, veluti ex igniario concepit incendium mulier, quæ manu prenſat Antonium, & in intima deductũ cubicula, dum illuſtria gentilium ſuorum contemplãda ſigna proponit, ipſa formoſam ſui appo-

nere

nere festinat imaginem. Scrinia denique gemmarum aperit, & aureorum, quorum vim non exiguam insigni prodigalitate in arreptum Antonii congerit sudariolum, aperit: mox conceptas eius à vultu faces, quas aut extinguat, aut recreet, quàm potest vehementer rogat pariter, obsecratque; nimirum aditum ad sordes, concharum, ac telluris sibi fecerat excrementis. Sed cor adamantinum, nec auro frangi potuit, nec precibus; reiectis aureis, expuit preces, meliùs castitate diues, quàm nummis. Illa vbi neglectum vidit munus, concessit ad minas. Sed qui potentiore frangi non potuit auro, nec timori cessit verberum, aut verborum. fugam init, hoc vno in illo fœmineo amoris impetu, hominem esse se, non marmor ostendens; quam dum properè molitur, è Matronæ animo amorem

fuga-

fugauit impurum. Deprecata proinde facinus, nomini etiam suo ac famæ vt parceret Antonium Macrona deprecatur. facilè obtinuit suæ vt consuleret famæ, qui suam expulerat flammam. Mirare castitatis amantē lector. Herculeos certe ille fines excessit, qui columnis illis geminis non potuit mulieris forma teneri, nec auro.

Ascanius Scottus I. V. C. & Eques.

NOn est Scotte cur alteri inuideas: de te enim cecinit Franciscus Coppetta Poetarum eximius; neque alio indiges elogio; cùm singulare ingenii tui acumē Grecis literis, Latinaque facūdia decoratum, Legum ambages in hoc patrio Gymnasio tam docte, & facilè explanare

con-

consueuerit, vt excellentis sapientiæ tuæ fama non solum Italiam, sed Hispanias peruagata, ad Lusitaniç vsque Regis aures peruenerit. Is virtutum tuarum amore captus, ad instituendam Conimbricensem Academiam, te Iurisperitorum celeberrimum, Regiæ magnanimitatis propagatorem interesse voluit; ibique cùm pluribus annis cum gloriç incremento docuisses, Eques ab Rege renunciatus, magnisque donis cohonestatus, & ad Patriá reuersus, magno ibi in honore fuisti. Cùm enim ad primariam Iurisprudentiæ cathedram euectus, muneri tibi commisso cumulatissime respondisses; meritis demum & annis onustus in Patriæ sinu fœliciter occubuisti anno MDLXX.

De eo Franciscus Coppetta, & Pellinus in Historijs Perusinis.

Aure-

Aurelius de Vbaldis.

EX Mathæo de Vbaldis Iuriſconſulto peritiſsimo, Romanæ Rotæ Auditore, Nucerino, moxque Peruſino Epiſcopo, ex legitimo matrimonio ante Sacerdotium naſcitur Aurelius, qui materno Balionorũ armorũ genio potius fauens, quàm Paterno Iuriſperitorum copia refertiſsimo, Cæſaris Borgiæ, armorumque eius, & conſiliorum, ad Eccleſiaſticam erigendam dignitatem, Tyrannoſque perdendos, ſectator extitit acerrimus. Hic ad eximiam non tam fortiſsimi militis, quàm prudentiſsimi Ducis famam euectus, eiuſdem Cæſaris beneuolentia ad magnum militum Tribunatum viam ſibi aperuit: quo in munere cùm peritiſsimi Ducis partes expleuiſſet, Comeſtabilis, atque equi-

tum

tum omnium Ecclesiastici exercitus Præfectus ab eodem Borgia magno militum plausu renunciatus est; vt nimirum virtutis præstantiam summa sequeretur gloria dignitatis.

De eo habetur in Historiis Pellini, Crispolti, & Ciatti.

Bal-

Baldus de Periglis I. V. D.

SAlue Balde, Periglio-rum Familiæ decus, & ornamentum, qui ex Angelo Iuriſcon-ſultorum peritiſsimo vnà cum ſanguine doctrinam, & ſapientiā traxiſti. Percrebuit illa miro ſtudio, calcar addente ingenio; & tam ardenter auitam gloriam exaggeraſti, vt parentis tui, & ſtemmatis totius famam auxeris nomine, laudes eruditiſsimis literis maximorum virorum adæquaueris, Reip. commoda præclaris facinoribus cumulaueris ampliſsimè. Adiunxiſti tu quidem ſanguinis fęcunditate quinque ſupra viginti liberos Ciuitati tuæ; quorum quatuor Iuriſperitis Gymnaſium hoc Præce-

ptoribus insonuit præclarissimis; multo tamen magis ingenii vbertate claruisti: hoc etiã huius prole felicior, quòd sanguinis prolem morituram edebas in vitam; hanc ingenii sobolem eduxisti simul, & educasti ad immortalitatẽ. Mentiar, ni præ cæteris fidẽ interponat suam liber à te editus de Quæstionibus, & Tortura reorum, vtilitati, & Iudicum peritiæ, non in Vrbe nostra solum, sed in Orbe vniuerso commodissimus. Quin volumina illa immensa rationum, quibus veritati robur fecisti, defendisti iustitiam, absoluisti innocẽtiam: proh Deus immortalis! quanta cum laude incorruptæ iustitiæ tuæ imaginem in luce, palam exponerent, nisi domi inter rudera sub indignis tenebris delitescerent. sed aliquando de te benemerita Respublica; & pro literis & pro liberis libros delegabit

gabit nuncios, qui vbique terrarum nunquam de tuis laudibus conticeſcant.

De eo habetur in ſupra dictis Hiſtorijs Peruſinis.

Balionus Vibius I.V.C.

DEtur incomparabili ſapientiæ tuę, Balione Vibi, quòd à Patria ſepties ſummo cum honore, & felicitate ad varios ſummos Pontifices miſſus, Pontificij Legati tibi nomen adeptus, huic Vibi vtilitatem, ac ſplendorem aduexeris ampliſſimum: quòd cum eſſes vnus ex viginti Viris, quorum arbitrio totius Peruſinę ditionis imperium gerebatur, optima dederis conſilia: quòd pro publica auctoritate à conſilijs fueris: quòd Iuſtitia patefacta, Iuſtitiæ candorem ſæpe reſtitueris; quòd ad ſanguinolentam diſcordiam ſedandam Ba-

lionos inter, & Oddos, atque inter Hispellanos, & Fulginates exortam, pacis conciliator omnium acclamatione per Senatus consultum electus fueris: quòd totius Ciuitatis huiusce odia, & simultates obliterandas, quę inter Nobiles, & Populares, Plebemque excitabantur, Publicus pacis moderator acclamatus susceperis simul atque sustuleris: quòd tu in Patrio hoc Gymnasio pluribus annis frequentissimis Auditorum cœtibus, cum Romæ Summi Pontificis beneficio, magno stipendio Ius Ciuile explanaueris: quòd tam incorrupta Iustitia, Clientum tuorum conseruaueris Iura: quòd tam eleganter, ac subtiliter, Digestorum, & Codicis Leges explicueris, & adnotationibus illustraueris, eorumque Repetitiones in lucem edideris: quòd tantæ doctrinæ & prudentiæ tuæ Ponti-

tifi-

tificio indulto concessum sit, vt inter Aduocatos Consistoriales adscriptus fueris: quòd denique æuum summa cum laude transegeris, ac post comparatam & tibi & Patriæ immortalem gloriã Morti debitum solueris innocentissimus. Tibi verò, exsoluto à te morti debito, laudibus, ac præconijs suum soluet debitum Immortalitas.

De eo habetur in Historijs Perusinis supra dictis.

Balthasar Ansideus Pauli Papę V. Intimus Cubicularius.

PRoh quãta in te enituit, Balthasar, Sacerdotalis modestia, atque prudẽtia! procero corpori par, & cum exquisita doctrina tam Latinarum, quam Græcarum literarum præstantia con-

iuncta! quandoquidem ea in te
præfulsit melliti, ne dum politi
sermonis facundia, vt non tam
Horatium Cardanetum Oratorē
facundissimum Præceptorē præi-
re, sed ipsum etiam Latinæ linguę
parentem Tullium exæquare, &
tui temporis Oratorum omnium
laureas promeruisse videreris. Il-
la enim omnium Disciplinarum,
Rhetoricarū in primis eruditio,
tam illustrem te, atque conspicuū
reddidit; vt non modò in Patrio,
sed in Pisano etiam Gymnasio,
honore supra quam dici queat, ad
Aristotelis Rhetoricam publicè
explanādam fueris euocatus. Fe-
lix, cuius animi decor elegātissi-
ma expressum se prodebat in lin-
gua. Quid igitur mirum, si à Pau-
lo V. Pont. Max. Romam accer-
situs, in intimis te Cubicularijs
suis adnumerauerit primùm, mox
Bibliothecæ Vaticanæ præfęce-
rit; quo tibi iucundius nihil, nec
gra-

gratius accidere potuit, vt inexhausto librorum fonte, scientiarum, & eruditionum sitim explere posses vberrimè. Vixisti gratiosus Pontifici, quo familiarissimè vsus es: gratissimus vniuersis. & si in Purpuratorum numerum nō adscriptus decessisti, qualis ab eodem Pontifice designatus fueras, defuit tibi potius vita, quàm decus; nam celeriora in te exornando conuenere merita, quàm purpura; & vbi purpuræ decus abfuit, loquacissimæ eiusdem Pontificis Pauli lacrymę, non tam parentantes, quam decorantes, non defuere.

Barzus de Barzis Episcopus Calliensis.

ET sanctimonię, & doctrinæ exempla ad imitandum in-

propria Gente Barzus habuit; vt ingenuitati suæ nefas propemodum duceret, tam illustribus suorum non inhærere vestigijs; ita feruenti studio literis operam dedit, vt Iuris ciuilis laurea insignitus, ad principem eius scientiæ dignitatem honestissimo docendi munere gloriosã in Patrio Gymnasio præiudicio meritorum certissimo euectus, magno Audientiũ fructu, & plausu, Ius ciuile explanarit: nec solum amici, sed Principes Viri, & ipsa Patria, eius opera, & industria feliciter vsa est. Cuius rei certissima sũt testimonia, plura responsorum volumina manuscripta penes hęredes relicta, & eiusdem Repetitiones in lucem editæ in legem primam Digestis de Euictionibus; quo præclaro testimonio, tanti Viri memoria in æternum vigebit, quã Episcopalis dignitatis honor, quo in

in senectute fuit insignitus, reddidit etiam augustiorem.
De eo Ciattus in Historÿs Perusinis.

Bartholomæus I. à Staffa.

QVàm amplam famosæ laudis commendationem reliquerit Bartholomæus, militari in sago sibi haud vnquam absimilis, dixerint ij, qui strenui Ducis officia probè tenent: præstãtissimum sanè bellicæ virtutis decus in hoc Viro refulsit, quem vnum exercitus Ductorem longè optimum Perusini Proceres iudicarunt. Quòd si magnum est, Ducis partes explere omnes, talem à fortissimis iudicari, longè maximũ. Miro ardore animi Bartholomęũ non inuasisse modo, sed sustinuisse, ac superasse bellorum difficultates is nesciat, qui rerum pręclarè gestarum ignarus viuit. Demũ

suscepta expeditione in Senenses pro libertate Ciuium suorum, Catenas Iustitiæ, quæ modò ante foras Palatij Prætoriani conspiciuntur, ab ijsdem gloriosissimè abstulit; vt præclarè testaretur, non modo posse se Aduersarios vincere, sed vincire etiam feliciùs inconstantiam Fortunæ. *De eo Pellinus, & Ciattus in Historijs Perusinis.*

Becellus Balionus.

QVid Becellus Guelfredutio natus, pacis bellique temporibus gloriosè patrauerit, cōsule Vrbem veterem, Asisium, Nuceriam, Spoletum, aliasque finitimas Ciuitates, monumentū illustre Balionæ Maiestatis. Hūc si spectes armatum, Perusinæ, & Vrbeuetanæ Cohortis prima munia sustinuisse cognosces, in Narniensi præsertim agro, dum Ludo-

Ludouicum Bauariæ Ducem ex Vrbe reuertentem magna ſtipatũ equitum, peditumque manu, Peruſino equitatu tanta vi aggreditur Anno M.CCCXXXVIII. vt inimicorum inſigni peracta cæde, Ludouicum à conſilio deuaſtandæ Vmbriæ deterruerit. Quam ob rem inſignibus donis à Cardinali Vrſino Legato Apoſtolico, maximiſq; encomijs decoratus, cum pluribus Inimicorũ Vexillis victoriæ tropheis, in Patriam reuertens magno plauſu excipitur. Si togatum eundem intuearis, Ciuitatum Rectorem, ac etiam Principem vnanimi cõſenſione nuncupatum, ſuas inſigni cum laude partes expleuiſſe ſuſpicies.

De eo habetur in Hiſtorijs Peruſinis Pellini, Criſpolti, & Ciatti.

Benedictus Nardutius Proton. Apost. Innocentij VIII. à Secretis.

FVit in Benedicto Nardutio Viro prestantissimo, acutissimum ingenium, singularis prudentia, & eximius rerum humanarum vsus; in primis verò summum religionis, ac pietatis studium, bonarumque artium singularis cognitio, cæteras eius Virtutes decorabant. Vt viueret immortalitati, in sapienti corpore animum gerebat pietatis; quibus aditum ad Innocentij VIII. Sūmi Pontificis Aulam sibi aperuit: cuius gratiam ita aucupatus est, vt non solum intimus Cubicularius, & à Secretis electus sit, sed Abbatiæ dignitatem, & Protonotariatum de numero con-

consecutus sit, atque ad ampliores dignitates ijsdem Virtutum gradibus ascendisset, nisi in cursu magnorum honorum spes immensæ amplitudinis, ad quam perventurus erat, eius morte concidisset.

De eo habetur apud eosdem Auctores.

Benedictus Monaldus.

BEnedictus Monaldus nobilitate notus, benefactis notior, Paternus Benedicto Cardinali Pronepote notissimus, Monaldei Solis natalibus Lucifer auspicatus præluxit, purpureis cunabula rosis adspersit, indolēque vrbana ambrosia alendam, Eoa Gratiarum, armorumque adspergine irrorauit, & lætus oculis astlauit honores. Felix, qui occiduam nominis lucem Pronepoti fœneratus, geminato in

eius oriente Iubare refulſit, & grato radiorum reflexu argenteã inaurauit cęſariem, inter Auguſtos Patres hæreditaria nominis ſucceſſione eminentiſſimè perẽnaturus. Qui rem Peruſinam à Pontifice miſſi aureis retrò ſæculis adminiſtrabant, quo plurium humeris ſubnixa vigeret, aſſumebant in partem curarum Peruſinos ipſos Optimates, ſingulisque Vrbis regionibus (Portas angaros vocant) lectiſſimum Ciuium ęqui ſeruantiſſimum præficiebãt. ambire ſcilicet quinque viralem hãc Præfecturã anxiè cæteri, Benedictus anxijs Ciuiũ votis, vt acciperet, ambiebatur: quippè qui conſilij, auxilijque præpotens, in longa rerum omnium affluentia, pronus in pauperes, ſuis copijs alienam inopiam, citra iactantiam, ſubleuaret. Innata Vir prudentia, ore ſenatorio grauis, equeſtri manu ſtrenuus, totiuſque cor-

corporis habitu ad venerationē compositus, omnia lenta maturitate suscipere, nauiter agere, sedulo ad exitum perducere; vt secunda vbique adspirare fortuna quasi adiuncta diuinitus latere videretur: Ingenio acri, solerti, alto, & in Rhetorum maximè scholis exculto: in oratione acumen, in dictis pondus, in actione venustas: non verbis lepos, non lepori sententiarum ornatus defuit. Quid mirū, si passim ad magnos Principes publicè missus legationibus eloquenter, splendidè prudenter obitis, facilè sibi, ac Reipub. Populorum rerumq; potentum animos conciliaret? Nota literarum monumentis, sed nostris cladibus notior, insulsa sub Pontifice Paulo III. pro sale Perusinorum defectio, bellumq; salarium; cuius memoria, stante Arce Farnesia Vrbis ceruici, rigidis Perusinorum ceruicibus edo-

edomandis imposita, nunquam intercidet: quorum insanus furor sanũ Põtificis furorẽ, sanandę nõ præcidendæ validæ Romani Imperij dexteræ, bello vtili, ne ad vicina membra contagio adreperet, exciuit, cùm altis decussis papaueribus, superbis ædibus solo ęquatis, fulmineum Pontificis ensem giganteo sanguine imbutum (cum lectissimum alioqui Medicum, crudelem ægrę Vrbis contumacia faceret) Monaldus à resipiscente Ciuitate deditio reducis ad fidem, nobilitatis comitatu, habitu, vultuque ad efficiendam commiserationem cõposito, submissis fascibus Caduceator legatus, à promiscua cęde moratus, accensa lacrymis oratione recondidit: & à bene precante salutaris signi serenitatem, sanguinea tempestate fugata, Benedictus reduxit. Re feliciter administrata, albo Perusiam Ve-

xillo

xillo repetens, lætis occurrentis effusè Populi plausibus exceptus, afflictæ Augustæ Columen, Griphique Corona est acclamatus; certatumque studijs est, vter vtri magis, Monaldus ne Patriæ Pontificia Legatione cohonestatus, an Monaldo Patria ab internecione eius opera vendicata, deberet.

De eo habetur in antiquis manuscriptis.

Benedictus Tetius de Benedictis I.V.C.

TVum quoque operi nomen Benedicte inseret gemmã, qui diffusa per Europam gloria inuidendam exteris Patriam vous feceras; nec enim tenui tuba personat fama, quam licet gracil flatu in grandem animaueras sonum; ipsa namque vocis exilitas illu-

illustre tibi, tuisque cognomentū indidit Capræ; cum tamen grauior Pericle fulminares: nimirum alta de rupe pendebas, cum ardua scanderes legum, & humanis propè inuia ingenijs, tuis peruia conatibus felicissima cura peruaderes. Vtinam verò qui consultissima habemus Consilia, doctissimis pariter in Sacros Canones cōmentationibus tuis frui possemus, quas & extare in Bibliotheca Antonij Augustini testatur Volsangus, & Reipub. litterariæ vota suspirant. Profectò nullus argento color est auaris abdito terris; nec minus tibi laudis, quam alijs indè accresceret lucri; adeoque tuum, Patriæque decus, pari honorū auctario cumulatum gauderemus. Hieronymus quidē Tetius Comes, nobilitate sua, tuaque sapientia dignissimus, quo fortasse haud tu minus postero debes, quam ille

te

te soleat maiore gloriari, vetustũ Codicem nactus, pulcherrimam auitæ hæreditatis appendicem, in quo authographa tua respõsa Annuloque subsignata, Baldique ac Bartoli, aliorumque eius æui Iurisconsultorum principũ scripta leguntur, donandum merita luce curauit; nec augustiore vlla maluit, quam purpurę; vt quam in se liberalem sentit, comunicatam vellet in suos. Laudatum igitur Vrbano Pontifici, sapientũ vt mortalium supremo, in locupletissimam Cardinalis Francisci Barberini Bibliothecam, tanquã in ipsa æternitatis sacraria, vt in bono lumine collocaret, nuper intulit. Fruatur hac ille luce, cui fortuna fauens indulsit, victurus pariter cum ipso Auctore in immortalitate muneris, & gratiæ.

Benedictus Alexius.

BEnedictus in ea, quam à Benedicto Auo, & Hieronymo Parente gloriam in magni Hetruriæ Ducis Cosmi I. Collateralis munere, hæreditario Iure accepit, haud quaquam quieuit; quam magnę mentis amplitudo ijs angustijs, quas ad viuendum Natura concessit, contenta esse non potest; & Viris maximis, suorum decora maiorum, gradus ad maiora sunt, non meta summorum. Is primam ętatem in Belgio, Alexandri Farnesij miles, mox Signifer, deinde Centuriarum Dux, & paulò post Italicarum copiarum curam gerens, reique militaris negocium administrans, Cades, Ardes, Mouelin, Dume, Oldesel, Linghen, atque Rimbergh, suis citius victorijs, quã alienis cursibus perlustrauit. Ciuitas Ostē-

den

den, omnium primum in Arcem inrumpentem Benedictum admiretur, vt olim Nisia Alexandrũ. Fortitudine, & magnanimitate estis pares, tu lenitate præstas: non enim vi solum hostium potiris, sed eorundem animos clementia debellas. Laraciæ expugnationi inter primarios interfuisti, de Maurorum copijs, de viribus Anglorum, de Gallorum impetu triumphas. In seruitutẽ redigis Africanos, immanitate barbaros, multitudine innumerabiles. Ijs ita peractis non potuit Marchio Ambrosius Spinola significationibus amoris, & Catholici Regis Philippi stipendijs amplissimis, tum Mediolani, tũm alibi non testari præstãtiam fortitudinis Benedicti; quæ si aliena posset illustrari luce, ijs illustrior redderetur tot bellis perfunctus. Principum, & Senatorum famulatum in iura traducens

cens

cens necessitudinis. Venetorum requiro suffragium, qui ei non modo centum quinquaginta aureos singulis mensibus concessêrunt, sed coniunxerunt connubio primariam è Veronensi Nobilitate fœminam, delata etiam suarum Arcium perlustrandarũ, ac muniendarum prouincia. Eidemque Venetus Senatus obsessæ à Germanis Mantuę militibus, ac frumento muniẽdę, necnon etiam Veronensis ditionis militibus imperandi curam tradidit. Sed dum septuagenarius satis muneri suo cumulatissimè facit, magno eiusdem Senatus, & Veronensium dolore decidit anno MDCXXXIII. facilè decedẽs è vita lacrymas impetrauit, quãdo nubes mortis sol virtutis clarissimus inducebat.

De eo habetur in Historijs Belgij scilicet Famiani Stradæ, Pompeij Iusti. Pet. Lan. & Hom. Tortoræ.

Be-

Benedictus Bonfilius, & Berardinus Pictoricchius.

PEtrus Perusinus viuidi, & subtilis ingenij Pictor (cuius industria, & pingendi ars superioribus sęculis, suis nimium vmbris inuoluta, Auorum nostrorum sęculo reluxit) cum Perusię eam artem docere incœpisset, multi, tam ex Perusinis, quã exteris, tãti Viri fama commoti, ad eum accesserunt, & à tanto Pręceptore instrui gloriosum sibi duxerunt, vt ad aliquam nominis celebritatem eius facultatis peruenirent. Inter quos ex Perusinis Benedictus Bõfilius, & Berardinus Pictoricchius, ad eam metam peruenerunt, ad quam ex antiquis, dẽpto ipso Præceptore Petro, & Raphaello condiscipu-

ſcipulo, vix vllus vnquam, & ex recentioribus pauciſſimi, peruenerunt. Opera enim illorum tam Senis facta, Pij II. Summi Pontificis iuſſu, quam Romæ, in Aedibus Vaticani, Alexãdri VI. Pontificis mandato, atque alibi, tam peritè, hominum res geſtas expreſſerunt, vt quod in illis deſideratur, Arti, aut Naturæ deeſſe fatendum ſit.

De eis Ciattus in Hiſtorijs Peruſinis.

Berardinus ex Comitibus Antognollæ.

BErardinus Rugerij Comitis filius, & Bartholomęi Aluiani prçclariſſimi Venetorũ Exercitus Imperatoris ex Sorore Nepos, meritorum gradibus ad maxima militaris Ordinis munera cum honore euectus eſt, eamq; for-

fortissimi, prudentisq; Ducis laudem consequutus est, vt nō solum multorum Equitum Dux, sed plurium turmarum Præfectus renũciatus, præclara virtutis suæ in Inimicorum perniciem, experimenta protulerit; tantique Auũculi dignus Nepos, Augustæque Perusię verè germanus filius habitus sit. Hic in obsidione Cittadellæ à Marchione Piscariæ pertinaciter circumseptę, cùm intra mœnia claudi ægrè ferret, cum amicis præstãtioribus extrà progressus, vt commeatum ab inimicis raperet, propositum egregiè peregit, & hostes vallo munitos fortiter aggressus, direptionem ibi magnam fecit, hostiumque multos occidit; sed dum ad suos cum pręda reuertitur, in hostium insidias incidit: à quibus seclusa salutis via, post acrem pugnam, captus, & in Marchionis conspectum adductus est, qui tantæ virtutis

tutis Virum admiratus, summis eum laudibus cohonestauit, ac dimisit, nefas existimans tam fortem Virum in ergastulo delitescere.

De eo Pellinus & Ciattus, in Historijs Perusinis.

Bernardinus Alphanus I. V. D.

BErnardinus ex Nobili Bartoli progenie natus, staturæ proceritate, frontis decore, viuacibus oculis amorem conciliantibus, & splendido quodam aureę barbæ nitore, maiestateque togati hominis, veteres æquabat Iureconsultos; eam ob rem præsertim quòd præclaro insignium virtutũ concursu, multipliciq; bonarum artium eruditione, ad eximium decus ornaretur, vsque adeo constanti Ciuium vel externorum stu-

ſtudio adamatus & cultus, vt cum coleretur à ſingulis, cuncti eum in vniuerſum, vel eiuſdem facultatis Competitores obſeruarent, atque ob eximiam doctrinam ſuſpicerent. Tam honorificè enim Auditorum agmine ferè sẽper ſtipatus, inter quos Principes Viri numerabantur, & per forum ad Scholas tanta maieſtate accedebat, vt maximos indè motus in animis Competitorum excitaret. Tantæ itaque probitatis, ac doctrinæ fama impulſus Carolus Sabaudiæ Dux, Bernardinum ampliſſimis propoſitis præmijs ad Taurinenſem ſuam primariam Iuris Ciuilis Cathedram inuitauit; quemadmodũ Sixtus V. Pont. Max. ad Firmanam Academiam illuſtrandam, eundẽ in primario ſuggeſtu, maiori quàm antea ſtipendio Cardinali Montalto Nepote inuitari iuſſit: vſque adeo ambitionem

ſui fecerat iis, quos ambire ceteri vehementer ſolent. Sed ipſe rebus ſuis, ſuaque fortuna contentus, quæ offerebantur modeſtiſſimè reſpuit; ita tamen, vt non minorem ex pretermiſſa, quàm ex capienda tanta prouincia; gratiam, ac beneuolentiam ſibi apud exteros, & apud ſuos comparauerit: eam enim ſibi gloriam cōciliauerat editione illius libri, qui per doctiſſimorū manus, omnium approbatione circūfertur, Collectanea inſcriptus, ſeu Iuris reportata, vt aliam aliundè quærere non indigeret. Eiuſdem etiā prudentiæ Patria ſępè ad Principes Viros, ſummoſque Pontifices Legationes demandauit: & demū in vltima ad Vrbanum VII. cuius Nepotem Ius Ciuile docuerat, feliciter peracta, in febrim incidit, & in Vrſinorum Palatio in virilitatis flore Anno MDXC. maximo bonorum dolore diem ſupremum

mumobiens, ad immortales honores auolauit.
De eo habetur apud Bonciarium in eius Oratione funebri.

Berardus II. Corneus.

ADuersam plerumque fortunam, amicam semper secundamq; virtutem expertus est Berardus Secundus; cuius opera si minus de hostibus, certè de perfidia triumphauit. Atauí sui virtutem referens varijs in prçlijs Ducis nomen promeruit; Patriæ verò liberandæ studium prçseferens, Bruti decus çmulatus est. E Balionorũ Gente nonnulli sũmum Perusiæ principatum affectabant: indignè hoc ferebat Berardus, qui vt virtute, sic imperio neminem agnoscebat superiorem. Facile igitur fuit Carolo Barciliç, & Grifonetto ex eadem Balionia Gente, sed contrariç fa-

ctionis hominibus, Berardum ad ruinam Aduersariorum impellere: inter quos Simonettus Balionus vir planè pugnacissimus, & Perusinorum fortissimus habebatur. Huius obtruncandi munus Berardo demandatum fuit; quod ita feliciter impleuit, vt fortissimo fortior apparuerit. felicem pænè coniuratio sortita fuerat exitum; cùm ecce tibi fortuna Ioãnem Paulum Balionum à furore Coniuratorum nescio quo casu seruatum, ad Patrię imperium mira celeritate prouexit. Exilium igitur suscipiendum Berardo fuit, cui triumphus debebatur. Verum à Patria exulauit, non à virtute, non à magnanimitate, non ab amore libertatis: communicato enim cum Oddis veteribus Balionorum Hostibus consilio; armis, & militibus abundè instructus, dum in Oppido Passignani, vbi amicorum, atque exulum Se-
nen-

nensium copiæ coactę erant, de in Patriam reditu deliberat, obuios repentè habuit Ioannem Paulum, & Adrianum Balionios Fratres cum ingenti fortissimorū militum exercitu. Ergo à consilijs ad arma, à Curia in Castra conuolans, eductis cõfestim copijs, prope Trasimenum cū hostibus congreditur: enim verò Perusia, vt Romanę Reip. gloriam ęmulata, sic clades imitata est. Vtriusque libertati funestus, ac fatalis Trasimenus fuit: qui enim vnum olim, nunc duos Annibales victores dedit, Ioannem Paulum, & Adrianum. Quare Carolo de Oddis non minus specie, quàm fortitudine claro, interfecto, & Pompeio similiter de Oddis capto, Berardus reditu in Patriam desperato, exilium pro Patria amplexus, solum mutauit, nó animum, sua clade maior; victus quidem, sed ipsis victoribus inui-

dendus. Quiſquis enim pro libertate pugnat, victus licet, de victoribus triumphat.

De eo habetur in noſtris Hiſtorijs manuſcriptis & Ciatti.

Bertoldus de Oddis.

BErtoldus nullum tempus inanibus adoleſcentię cupiditatibus, ac iuuentutis luſibus, illecebrique dedit; ſed omnem vitę curſum iam indè à primis annis in continuis militaris diſciplinę laboribus Bracchio de Fortebracchijs Duce, confecit: deindè Nicolai Piccinini arma ſecutus, admirabilis fortitudinis, inuictique animi ſpecimen prębens, ad eum exiſtimationis gradum peruenit, vt Piccininus ingentes illi prouincias committere non dubitauerit. & Anno MCDXLII. cum Montiſpolitiani occupandi ſpem Nicolaus habuiſſet, Bertoldum

cum

cum mille quingentis equitibus illuc aduolare iussit. Sed coniuratione detecta, speque deiectus Bertoldus, alias in partes milites sibi creditos duxit; ac Plebis Oppidum, Fighinum, multaq; Vrbis veteris Castra occupauit, omniaque terrore permiscuit: quòd & alij etiam Nicolai Duces per Ecclesię Ditionem egerunt, eo consilio, vt Eugenius IV. Summus Pont. Biccininum non Franciscum Sfortiam, armis suis pręficeret. id quòd perbellè accidit: nam rerum harum fama Romam delata Pontificem impulit, vt sũmum militię gradum vltro Nicolao Piccinino deferret.

De eo Pellinus & Ciattus vbi supra.

Biordus de Oddis.

EOdem Naturę vtero Vir ille palmaris, & amplitudo quę-

dam cumulati bonis omnibus animi nata est. Biordi nomen Parentus, Familia de Oddis cognomen, Patria Perusini appellationem, virtus optimè meriti titulum, honos Conseruatoris Patrię dignitatem indidere. Vnus horarum omnium animus, vnum pectus, vna mens tot bonis abūdè suffecit. Parentibus illustratos mores Auorum, & Mediolanensi Dynastę aureo freno donatus, claritatem gentilis originis fœnore quodā nobilitatis restituit. Patrię suę apud Pontificem gratia confirmata, amore candido, fide integra, vel offensus à Ciuibus generosè respondit virtute, animo facili, & ad omnem honestatem procliui, honoris demum maiestate: non tumida capitalis inuidiæ conciliatrice; sed temperata fortuna modestè contentus satisfecit singulis ętatibus. Vix atque egrè nascuntur huius notę

Viri,

Viri, ne desit eruditis calamis labor, & splendida materies glorię in Capitolio immortalitatis.
De eo Pellinus & Ciattus vbi supra.

Bindolus Monaldus.

TE quoque Bindole Monalde his appingit paginis fama, vt rediuiuum spectet grata posteritas, quem meritò viuentem coluit meritorum radijs illustrem Antiquitas. Tu gemina inclytus laurea, Musę cultor, & Martis, adeo inter vtramque laudem ingenio facilis sociasti insociabiles artes; vt parente editus Bellona, Minerua educatus altrice, posses credi quàm prono stupore, tam incerto iudicio, manu nè potentior extiteris, an mente; sago clarior, an toga? Sensit amicum Tuder, cum summam rerum suarum potestatem tibi deferret: sensit

Castilio Arretinus, cum prima oppugnatione Dux Augustę expeditionis Oppidum expugnares: continuata felicitate sensit Patria tuis fulta opibus, tuis pręsidijs tutò firmata, tuorum domi-nia. Libertas Ciuium tuis gaudebat esse consilijs ancilla: tua erant priuata publicę legis arbitria. Et verò conciliare discordes animos, gliscentes compescere seditiones, bella pace moderari, vnus regere Vrbem nutibus vniuersam; non magis Auitę nobilitatis patrimonium habebas, quàm peculium prudentię tuę. *De eo habetur in Historijs Perusinis Pellini, Ciatti & in libris Communitatis Tuderti.*

Bon-

Boncambius de Boncambijs I. C. & Eques.

BOncambius, eximię Vir doctrinę, ac prudentiæ, legalē facultatem in forensi agitatione tanta integritatis laude exercuit, vt ex peritissimo Aduocato optimus Iudex euaserit; verè sapiens, qui leges ita explicare nouit, vt eas seruare non ignorauerit; & inter legum notitiam animum ab ęquitate nō habuit extra legem. Inde ille non solum multa Patrię Oppida, & Ciuitates summo cū honore rexit; sed Florētinę Reip. Preturam eo splendore, doctrina, & integritate administrauit, vt exindè Romam accitus ad Senatoriam Vrbis dignitatem euectus fuerit; cuius eximia regendi peritia Populus Romanus vehementer delectatus est, de-

ditque laudantis hominem argumentum, quòd tantum Virum summis laudibus suisque Vexillis in Patriam decoratum dimiserit.
De eo habetur in Historijs Perusinis.

Boncontes ex Comitibus Bigazinis.

BOncontes cognomento Bigazinus, Coccorani, Prętorij, Dolij, Montis Comes, Vallisque Topinæ, ac Vallis Cianæ pro S. R. E. Procomes, cùm Tuderti Dux, & Populi Moderator anno MCCCXVI. & insequenti, eius ita exigentibus meritis, omnium approbatione plausuque præfuisset; mox ad regendam, tuendamque Pisanam Rempub. vehementissimè à Ludouico Bauaro pseudo-Cæsare vexatam, acci-

accitus, & adſcitus, ita in eo ſe geſſit munere, vt per id tempus meruerit à Ioanne XXI. Summo Pontif. honorificentiſſimis literis collaudari prudentiæ, prouidentiæ, ſolertiæ, ſapientiæ, firmitatis, fidelitatis, & virtutum omnium nomine, & fidei etiam præcipuè, ac obſequentis animi in S.R. Eccleſiam; à qua etiam illi pollicitus Pontifex gratias, eundem excitauit, & inflammauit, vt in dies, dum acceſſio fieri poſſet, magis magiſque eius merita cumularētur, & alacritas, omniſque propenſio ad verum decus generoſo in pectore ſemper pulcrius effulgeret. Quod Pontifex datis ad nobiliſſimum hunc Ducem literis, in Vaticana Bibliotheca repoſitis, teſtatum indubitanter voluit. Idem pietate inſignis in Saxiuiui propè Fulgineum Monaſterio Sancti Benedicti Ordinis, Philippo Filio ſuo, tunc Mona-

ſterij eius Abbati, ædificij partẽ, (cuius Monaſterij, dum hæc ſcribimus, Abbas eſt Dominus Angelus Maria Alexius Frater noſter) ſaltem meliorem aut extruxit omnino, aut præcipuos in ea ſumptus & viuens impendit, & moriens ad operis abſolutionem erogãdos reliquit; vt eius ex teſtamento, & ex gentilitijs in eo ædificio inſignibus; quorum aliqua, alijs collapſis, ſupereſſe nos teſtamur; plenè conſtat. Ita ſemper ædificauit ad gloriã, qui pretioſo pro cæmento ſuis virtutibus molem Aſtris conterminam excitauit.

De eo habetur in antiquis Scripturis Peruſiæ.

Bul-

Bulgarus Montemelinus Perusię Episcopus.

PErhonestæ gratiæ locus Bulgaro contigit apud Ciues suos; vitę vtique integer, ac probus, ab ingenua educatione optimas quasque facultates hauserat; Apis nimirum florum succos eliciebat in mella; mox Pastor expetitur à Perusino Clero, & impetratur. Annuit enim honestæ petentium votis Nicolaus IV. cũ de Bulgaro illustri cultore virtutum optimè sentiret: qui enim apud Pontificem non bene audiret, si virtutum sono tam benè omnium auribus consonabat? Certè Antistitum omniũ fuit sua ætate felicissimus; morte namq; sublato Nicolao, Perusiæ coacti Christianæ Reip. Senatores, Cęlestino V. Pontificatum detulerunt;

runt; qui cum ſecretioris, ſiuè ſe-
uerioris vitę ſtudio, conſpectumque hominum declinans, ſummo ſe Sacerdotio abdicaſſet, ei Bonifacius VIII. & huic Benedictus XI. ſuffectus eſt; ab huius exceſſu tertiò Comitia reſtauraturos Patres Bulgarus excepit, quibus Clemens V. ad ſupremum decus euectus eſt. Tibi equidem Bulgare publico Eccleſiæ nomine plurimum debet Patria, te Patre ſpecioſis hiſce perfuncta honoribus. Dum autem prima iaceret Templi maximi fundamēta, quia iam ad culmen perduxerat, ędem immortalitatis in Cælo, & mortalitatis in ſtadio virtutum, metã attigiſti æternitatis, dum obijſti anno XCCCIIX.

De eo habetur in Hiſtorijs Peruſinis Pellini, Ciatti, & Criſpolti.

Be-

Berardinus ex Comitibus Marciani.

TAm præclarum generosi infractique animi specimen præferebat Berardinus ex Comitibus Marciani, vt cum esset erecti prestantisque ingenij Vir, in administranda militari disciplina omnium peritissimus haberetur. Itaque cum Ludouicus Bauariæ Dux in Italiam venisset ad diripiendas Ecclesiæ Romanæ Ciuitates, cunctaque cædibus & incendijs replenda; Legatus Apostolicus, vt tãtos reprimeret impetus, ab Vrbe Perusina præstantissimorum equitum auxilium instanter implorauit, quibus efferi Ducis audaciam frangeret. Annuit pia Ciuitas, fortissimum Ecclesiæ Dei Propugnaculum; & illicò in Cisalpinam Galliam equi-

equitatus militumque validam manum ad Legatum transmisit: Cuius aduentu fractos, ac pænè destitutos totius Ecclesiastici Exercitus animos excitauit, & in Victoriæ spem induxit. Immo cũ eorum militum Ducem esse cognouit Berardinum, rerum præclarè gestarum fama peritissimũ, vtique Victoriam apud se stare Legatus, & Exercitus credidit. Itaque milites tãtis auxilijs muniti, moræ impatientes, pugnam petunt, tantoque impetu hostes aggrediuntur, vt eorum numero cæso, reliqui in Germaniam festinanter vna cum eorum Duce turpiter aufugerent. Berardinus vero tantæ autor victoriæ, maximis donis, & honoribus ab Legato Apostolico decoratus, ingentique præda, quam ab Inimicis diripuerat onustus, in Patriam cum suis remissus est; quem Ciuitas, vt rerum Ecclesiæ seruatorem,

rem, ſuæque dignitatis propagatorem ſalutauit, ingentibuſque laudibus & plauſibus à toto Peruſino Populo exceptus eſt.
De eo Pellinus & Ciattus in Hiſtoriis Peruſinis.

Cæ-

Cæsar I. Corneus Cameræ Apostolicę Clericus.

CÆsari Corneo, Vtriusque Signaturæ Referendario, & Cameræ Apostolicæ Clerico, plus nè obluctata fortuna fuerit an obsequuta, incertum est. Hic enim Philosophiæ & Iuris curriculo emenso, Romano Pontifici maximè probatus, Anconæ primum, tum Centumcellis summo cum imperio præfectus, Clementem VIII. apparatu, sumptuque supra priuatum, nec infrà regium, excepit: mox varijs functus muneribus, ætatem tardius adolescentem, quàm ndolem, morum grauitate superauit, & in lubrico fauentis fortunę limine, dum Cardinalis communi Principum iudicio circunfertur, effer-

effertur ad tumulum, Virtutisq; auroram, proximo iam felicitatis sole in purpuram abeuntem, pręcoci occasu anteuertit.

Cæsar Corneus II.

MAgnum hic Ascanium, vt sanguinis cognatione, sic virtutis societate tetigit. Vitæ spatia, non tam ætatum interuallis, quam omnibus militiæ gradibus distinxit; quare Senensi in expeditione tam altè impressa reliquit in omnium animis heroicę fortitudinis vestigia, vt Iulius III. ad summum Ecclesiæ fastigium euectus, Cæsarem ad se accersiri mandauerit, cui Prætorianum Peditatum, equitatumq; ad Pontificias ędes, vitamque tuendam collectum attribuit: planè, vt Christianæ Religionis columen, fortitudinis sūmæ prę-sidio cingeretur. Quo ille mune-

re

re tanta cum fide, ac ſplendore, functus eſt, vt iam Vaticanæ maieſtatis Cymba nullum formidare poſſet naufragium, quæ non veheret, ſed propugnatorem haberet Cęſarem, eiuſque fortunam, ne dixerim, an virtutem? Certe Pontifex tanti Ducis merita, nõ tam repenſurus, quam teſtaturus, Cęſaris Nepotem Lateranenſis Eccleſię Canonicum dixit; vt Eccleſia, quę in Patrui nomine ſecuritatem habebat, à ſacro Nepotis miniſterio famam augeret & decus.

Camillus Balionus, Rotæ Romanæ Auditor.

PAlladem armatam ſimul eſſe atque inermem, militiæ pariter, & pacatarum præſidem ſcientiarum, exẽplo ſuo nos docet Camillus; qui cum ex belli-coſa

coſa Ballionorum Progenie bellicoſos ſpiritus hauſiſſet, bonarũ tamen literarum ſtudio, legaliſq; diſciplinę freno, gliſcentes in animo armorum ignes, non ſolum compreſſit, ſed inuicta animi cõſtantia, ad ſcientias capeſſendas incubuit. tam inuictę fuit fortitudinis, vt in ſe ipſo mortis metũ aut ex animo penitus expungeret, aut expugnaret. In legali deinde facultate breui laureatus, è publico ſuggeſtu magna omniũ admiratione, & fructu alios docuit. Cumq; inter primarios ęui ſui Doctores haberetur, Romam tranſmiſſus, vt Patriæ nomine ardua quædam cum Pontifice tranſigeret negocia, breui non ſolum ea feliciter confecit, ſed maieſtate ſermonis, mellifluaque dicendi gratia Pontificis gratiam ita aucupatus eſt, vt illicò Sacri Cõciſtorij Aduocatus, & pauló poſt Rotę Romanę Auditor renuncia-

cia-

ciatus fuerit; vſque adeo erat ad vincendum natus, vt cum abſtineret armis, de Pontificum animis eloquētia triumpharet. Quo in munere ita ſe geſſit, vt ad purpurei Galeri eum euectū iri ſperaretur, niſi mors inuida vna cum eius vitę ſtamine, peritorum hominum, & Patrię ſpes de eo conceptas obtruncaſſet.

De eo habetur in manuſcriptis antiquis.

Cæſar Fumagiolus I. V. D.

CAeſar poſt humanarum literarum ſtudia legali diſciplinę opera dedit, & vtriuſque Iuris doctor pronunciatus atque in Collegiatorum albo adſcriptus, publicaſque Iuris Cathedras cōſcendens ad primariam vſq; gradatim per annos triginta magna cum laude peruenit. Verum in forenſibus cauſiș ingenij ſubtilitate

tate admirabilis, consilia tam firma, solidisque rationibus ad clientum suorum tutelam communita in medium proponere solitus fuit, vt sententia pro ea parte, pro qua Fumagiolus cōsuleret, ferè semper steterit. Huius etiam Viri solida scientia ex docta præsertim constat, quam edidit repetitione ad legem, in quartam, Digestis ad legem Falcidiam; nec non ex ingenti Responsorum Volumine, alijsque lucubrationibus nondum editis, Domi tamen à filio diligenter seruatis; quæ faxit Deus, vt aliquando ad omniū vtilitatem prodeant, cùm publica luce vehementer digna existimentur. Obijt Vir iste doctissimus anno MDC.

Cæſar Franchus Pictor.

ADmirari iam libet te inter Pictores verè Cæſarem, qui in tam debili viſu figuras innumeras paruis in tabulis abſolutiſſimas tam diligenter pennicillo pingere conſueueras, vt ex antiquis, vel recentioribus picturis precioſiores adinueniri, vel pingi vix poſſint: quare qui tuæ aliquod artis opus, ſuas inter opes recenſet, is precioſiſſimam ſe habere margaritam non dubitet. Illud autem tibi ad gloriæ cumulum defuit, ſcilicet, ingenium viuidum, & promptum nimis ad iram. Orta enim te inter, & perſonatum quendam, parui momenti alteratione, ſtricto in eum pugione irruēs cū interemiſſes, captus à ſatellitibus, crimenque faſſus, capitis pœnam ſubire vt hominis extinctor malui-

luisti, quàm vt pictor egregius, tuaque excellēs in arte, absolui, reclamante Ciuitate vniuersa, imperio legis, ad Bestias, Digestis de pœnis.

Cencius Columbius.

NOn est cur miremur quod Cencius Columbius monoculus tam benè fuerit oculatus, & in milite instruendo, instituendoque tam diligens, & in hostibus fortiter sternendis fugandisque tam terribilis, vt inter Patriæ militaris disciplinæ peritiores magistros haberetur. Hic in Florentiæ obsidione a Malatesta Balionio Florentini Exercitus Imperatore delectus, consiliorum particeps in defendendo Florentissimam illam Vrbem ab oppugnatione duorum potentissimorum exercituum, Summi scilicet Pontificis Cle-

mentis VII. & Caroli V. Cæsaris, tanta ijs fortitudine, & virtute restiterunt, vt hostium ingenti numero deleto, obsidionem ad annum ferè, & donec res necessariæ adfuerunt, protraxerint. Tunc enim Cencius eximiæ Vir prudentiæ, & existimationis, ex ea Vrbe transmissus est ad hostes, vt cum eis Reip. Florentinæ deditionem honestiori, qua posset, faceret conditione. tantumque sua valuit sagacitate, vt Florentinam Vrbem ab imminenti externarum gentium voracitate, quæ opulentissimæ prædæ inhiabant, seruarit; paremque Florentinis opibus sibi ipsi gloriam, & cum Vrbe Florentia duraturam comparauerit. Hic dum Mantuæ degeret, ad negocia quædam Rodulphi Balionis nomine cum Carolo V. Cæsare pertractanda, à quibusdam sicarijs personatis sclopi

ictu

ictu occisus est anno M D LII. Timuisse, pene dixerim, aut certe puduisse mortem, Virum aggredi immortalitate dignissimũ; quando non nisi personatam cõgredi cum illo ausam intuemur.

Cherubinus Hermannius à Staffa.

CHerubinus, magnæ Vir potentiæ, & tantæ in Patria authoritatis, vt magnam apud Populum Perusinum affectatæ tyrannidis excitauerit suspicionem, ideo cum frate Felcino, multisque ex Nobilioribus, inter quos Bracchius ex Fortebracchijs eius Cognatus, cum quo deinde fœdus ad Patriam recuperandam intercesserat, voluntarium è Patria exilium suscepit. Interim Cherubinus varijs per Italiam prælijs feliciter actis, ma-

Cæsar I. Corneus Cameræ Apostolicę Clericus.

CÆsari Corneo, Vtriusque Signaturæ Referendario, & Cameræ Apostolicæ Clerico, plus nè obluctata fortuna fuerit an obsequuta, incertum est. Hic enim Philosophiæ & Iuris curriculo emenso, Romano Pontifici maximè probatus, Anconæ primum, tum Centumcellis summo cum imperio præfectus, Clementem VIII. apparatu, sumptuque supra priuatum, nec infrà regium, excepit: mox varijs functus muneribus, ætatem tardius adolescentem, quàm ndolem, morum grauitate superauit, & in lubrico fauentis fortunę limine, dum Cardinalis communi Principum iudicio circunfertur, effer-

effertur ad tumulum, Virtutisq; auroram, proximo iam felicitatis sole in purpuram abeuntem, pręcoci occasu anteuertit.

Cæsar Corneus II.

MAgnum hic Ascanium, vt sanguinis cognatione, sic virtutis societate tetigit. Vitæ spatia, non tam ætatum interuallis, quam omnibus militiæ gradibus distinxit; quare Senensi in expeditione tam altè impressa reliquit in omnium animis heroicę fortitudinis vestigia, vt Iulius III. ad summum Ecclesiæ fastigium euectus, Cæsarem ad se accersiri mandauerit, cui Prætorianum Peditatum, equitatumq; ad Pontificias ędes, vitamque tuendam collectum attribuit: planè, vt Christianæ Religionis columen, fortitudinis sūmæ pręsidio cingeretur. Quo ille mune-

re

re tanta cum fide, ac ſplendore functus eſt, vt iam Vaticanæ maieſtatis Cymba nullum formidare poſſet naufragium, quæ non veheret, ſed propugnatorem haberet Cęſarem, eiuſque fortunam ne dixerim, an virtutem? Certe Pontifex tanti Ducis merita, nõ tam repenſurus, quam teſtaturus, Cęſaris Nepotem Lateranenſis Eccleſię Canonicum dixit; vt Eccleſia, quę in Patrui nomine ſecuritatem habebat, à ſacro Nepotis miniſterio famam augeret & decus.

Camillus Balionus, Rotæ Romanæ Auditor.

PAlladem armatam ſimul eſſe atque inermem, militiæ pariter, & pacatarum præſidem ſcientiarum, exẽplo ſuo nos docet Camillus; qui cum ex bellicoſa

cosa Ballionorum Progenie bellicosos spiritus hausisset, bonarũ tamen literarum studio, legalisq; disciplinę freno, gliscentes in animo armorum ignes, non solum, compressit, sed inuicta animi cõstantia, ad scientias capessendas incubuit. tam inuictę fuit fortitudinis, vt in se ipso mortis metũ aut ex animo penitus expungeret, aut expugnaret. In legali deinde facultate breui laureatus, è publico suggestu magna omniũ admiratione, & fructu alios docuit. Cumq; inter primarios ęui sui Doctores haberetur, Romam transmissus, vt Patriæ nomine ardua quædam cum Pontifice transigeret negocia, breui non solum ea feliciter confecit, sed maiestate sermonis, mellifluaque dicendi gratia Pontificis gratiam ita, aucupatus est, vt illicò Sacri Cõcistorij Aduocatus, & paulò post Rotę Romanę Auditor renuncia-

ciatus fuerit; vſque adeo erat ad vincendum natus, vt cum abſtineret armis, de Pontificum animis eloquẽtia triumpharet. Quo in munere ita ſe geſſit, vt ad purpurei Galeri eum euectũ iri ſperaretur, niſi mors inuida vna cum eius vitę ſtamine, peritorum hominum, & Patrię ſpes de eo conceptas obtruncaſſet.

De eo habetur in manuſcriptis antiquis.

Cæſar Fumagiolus I. V. D.

CAeſar poſt humanarum literarum ſtudia legali diſciplinę opera dedit, & vtriuſque Iuris doctor pronunciatus atque in Collegiatorum albo adſcriptus, publicaſque Iuris Cathedras cõſcendens ad primariam vſq; gradatim per annos triginta magna cum laude peruenit. Verum in forenſibus cauſis ingenij ſubtili-

tate

tate admirabilis, consilia tam firma, solidisque rationibus ad clientum suorum tutelam communita in medium proponere solitus fuit, vt sententia pro ea parte, pro qua Fumagiolus cõsuleret, ferè semper steterit. Huius etiam Viri solida scientia ex docta præsertim constat, quam edidit repetitione ad legem, in quartam, Digestis ad legem Falcidiam; nec non ex ingenti Respõnsorum Volumine, alijsque lucubrationibus nondum editis, Domi tamen à filio diligenter seruatis; quæ faxit Deus, vt aliquando ad omniũ vtilitatem prodeant, cùm publica luce vehementer digna existimentur. Obijt Vir iste doctissimus anno MDC.

Cæſar Franchus Pictor.

ADmirari iam libet te inter Pictores verè Cæſarem, qui in tam debili viſu figuras innumeras paruis in tabulis abſolutiſſimas tam diligenter pennicillo pingere conſueueras, vt ex antiquis, vel recentioribus picturis precioſiores adinueniri, vel pingi vix poſſint: quare qui tuæ aliquod artis opus, ſuas inter opes recenſet, is precioſiſſimam ſe habere margaritam non dubitet. Illud autem tibi ad gloriæ cumulum defuit, ſcilicet, ingenium viuidum, & promptum nimis ad iram. Orta enim te inter, & perſonatum quendam, parui momenti alteratione, ſtricto in eum pugione irruẽs cũ interemiſſes, captus à ſatellitibus, crimenque faſſus, capitis pœnam ſubire vt hominis extinctor malui-

luiſti, quàm vt pictor egregius, tuaque excellēs in arte, abſolui, reclamante Ciuitate vniuerſa, imperio legis, ad Beſtias, Digeſtis de pœnis.

Cencius Columbius.

NOn eſt cur miremur quod Cencius Columbius monoculus tam benè fuerit oculatus, & in milite inſtruendo, inſtituendoque tam diligens, & in hoſtibus fortiter ſternendis fugandiſque tam terribilis, vt inter Patriæ militaris diſciplinæ peritiores magiſtros haberetur. Hic in Florentiæ obſidione a Malateſta Balionio Florentini Exercitus Imperatore delectus, conſiliorum particeps in defendendo Florentiſſimam illam Vrbem ab oppugnatione duorum potentiſſimorum exercituum, Summi ſcilicet Pontificis Cle-

mentis VII. & Caroli V. Cæsaris, tanta ijs fortitudine, & virtute restiterunt, vt hostium ingenti numero deleto, obsidionem ad annum ferè, & donec res necessariæ adfuerunt, protraxerint. Tunc enim Cencius eximiæ Vir prudentiæ, & existimationis, ex ea Vrbe transmissus est ad hostes, vt cum eis Reip. Florentinæ deditionem honestiori, qua posset, faceret conditione. tantumque sua valuit sagacitate, vt Florentinam Vrbem ab imminenti externarum gentium voracitate, quæ opulentissimæ prædæ inhiabant, seruarit; paremque Florentinis opibus sibi ipsi gloriam, & cum Vrbe Florentia duraturam comparauerit. Hic dum Mantuæ degeret, ad negocia quædam Rodulphi Balionis nomine cum Carolo V. Cæsare pertractanda, à quibusdam sicarijs personatis sclopi

ictu

ictu occisus est anno M D LII. Timuisse, pene dixerim, aut certe puduisse mortem, Virum aggredi immortalitate dignissimũ; quando non nisi personatam cõgredi cum illo ausam intuemur.

Cherubinus Hermannius à Staffa.

CHerubinus, magnæ Vir potentiæ, & tantæ in Patria authoritatis, vt magnam apud Populum Perusinum affectatæ tyrannidis excitauerit suspicionem, ideo cum frate Felcino, multisque ex Nobilioribus, inter quos Bracchius ex Fortebracchijs eius Cognatus, cum quo deinde fœdus ad Patriam recuperandam intercesserat, voluntarium è Patria exilium suscepit. Interim Cherubinus varijs per Italiam prælijs feliciter actis, ma-

gnam non solum fortis, sed prudentis Ducis famam consequutus, Cognato adhærens, ad Patriam recuperandam, & laborũ, & gloriæ particeps fuit. Nam in conflictu cum exercitu Perusino sub Carolo Malatestio, & Ceccholino Michelotto, in Collis planicie propè Tyberim à Bracchio, & Cherubino, cæterisque Cõmilitonibus tam fortiter pugnatum fuit; vt inimicorum exercitu profligato, eiusque imperatoribus captis, libertas & Patria recuperata fuerit. Indè Cherubinus militum manu, multa Vrbis veteris oppida Cognati imperio subegit vna cum Plebis Oppido, quòd à Bracchio huic Cognato suo, non minus in fidei, & fortitudinis, quàm amoris significationem traditũ fuit. Ac insignis hic Vir anno MCDXXIV. dierum suorum metam attigit, & ad Cælestia,

vt

vt sperare licet, migrauit. *De eo Pellinus & Ciattus, in Historijs Perusinis, & Campanus in vita Bracchij.*

Ciarpellonus Pellinus.

Virtuti calamos obsequi, famulari paginas decet; eam qui laudant, plus honoris accipiunt, quàm laudis impertiantur. Virtutis ea est maiestas, vt etiam à felicitatis societate deserta, ipsa per se suspicienda sit. Varia, eaque honorifica Venetorum stipendia meruit Ciarpellonus sub Vrbini Duce, Venetorum armorum Imperatore, qui virtutem, ac fortitudinem Ciarpelloni admiratus, illum his verbis nuncupare solitus fuerat, *Ensis optimus Italiæ*. Hic Venetorum Tribunus varias de Hispanis victorias reportauit. sed anno M. DXXVI. dum nimis audacter,

more suo, Cremonam inuadit, ab Hostibus cinctus, nō inultus occiditur, hoc sui Imperatoris Elogio, hominum mentibus aureis notis inscribendo: Fortiorem nēpe militem hoc nostro Ciarpellono, & comite, Carbonanio Vxoris nostræ Atauo, nunquam à se visum.

De eo in antiquis manuscriptis.

Crispoltus de Crispoltis.

CRispoltus ea felicitate sectatus est felicia arma Ioannis Vicecomitis Mediolanensium Archiepiscopi, vt inter eius Exercitus præstātiores Duces haberetur. Alto fuit Vir ingenio, in milites sine mollitie, leni, ac miti; & quòd in milite singulare est, nunquam ad contumeliam iracundo. Quare cunctos modestia, & probitate, suoque potius exemplo in officio continebat, quàm

quàm pœnę metu, & acerba obiurgatione. quibus artibus non solum militum beneuolentiam, sed ipsius summi Ducis Archiepiscopi sibi magnam comparauit familiaritatem. Quam ob rē ad varios militiæ gradus & Præfecturas promotus, ingens peritissimi Ducis nomen in Patriam reportauit: apud quam eius fuit authoritatis, vt cuncta sibi ab ea polliceri crederet, & nihil nisi prosperum sibi euenturum speraret. Cum accidit vt Vettonenses Perusinorum iugum detrectātes, Crispoltum in Dominum suū eligerent, vt pote qui intra eorū fines opibus multis, ac diuitijs abundaret. Ille suscepto ditionis illorum imperio, Oppidum muniuit, Tyrones ad pugnā instruxit, Veteranos ad Patriæ defensionem impulit, atque omnia Oppido necessaria parauit. At Senatus Perusinus rei nouitate

commotus, legatos ad eos mittit hortantes, vt resipiscant, nec arma expectent vltricia. Illi tanto Duce freti, omnia sibi prospera promittentes, Legatos contemnunt; cuius rei indignitate commoti Perusini, milites suos illicò, equitumque turmas ad quatuor millia colligunt; qui ditione depopulata, Oppidum de obsidione cingunt: quod dum impetu quotidie expugnare, conantur, vis vi magna repellitur. & Crispoltus non tam Ducis optimi, quam fortis militis officium explens, expugnationem ad multos dies sua sagacitate, & virtute protraxit. & nisi infida Compatris sui perfidia honestam cum Patria conditionem spondentis, fraudatus, & in hostium manus traditus fuisset, & ob id ditione, & vita priuatus esset; magnam fortitudinis, & virtutis suæ propagandæ occasionem nactus esset;

ſet; hoc tamen nomine minimè laudandus, quòd cõtra Patriam vanæ ditionis ambitione commotus, pro hoſtibus ſtare non dubitauerit. Vſque adeo fortitudo vel ſumma, iniquitati ſi pareat, ruit.

De eo habetur in Hiſtorijs Peruſinis Pellini, & Ciatti.

S. Decentius Episcopus Perusinus.

SVmmam innocentiam pari cum fortitudine Decentius Perusinus Episcopus coniunxit. Christianæ studiosus Reip. defensor, Tyrannorum semper eludere studuit vires, & Christianos pro viribus tueri Viros, nutantes obfirmare, & ad Cælum purpureo martyrij tramite currentes, ope, & verbis vehementissimis incitare. Quos in fide constantes, & pro ea ex hac vita sublatos si comperisset, eosdem terræ mandandi, Christiana dignam pietate suscipiebat curam. Impendit hoc ille obsequium Diuo Florentio, & Socijs, quos honestissimo dedit sepulcro. Cũ autem Viri huius pietas, & Religio

ligio in Ecclesia Perusina percrebuisset, in eius Antistitis defũcti locum vnanimi Ciuium consensu subrogatus est. Cuius vitę sanctimonia ea fuit, vt post eius felicem obitum, qui fuit die prima Iunij, anno reparatę salutis CCLXX. vel circa, Diuorum ad aras publicè fuerit acceptus. *De eo habetur in Vitis Sanctorũ Hetruriæ Razzij. De eo Ferrarius, Mariottellus, & Iacobilius.*

Dia-

Diamantes Cado.

QVo te Elogio commẽdem magis Diamãtes Cade, quàm eo ipſo, quo te Carolus V. Cęſar in ſuis patẽtibus literis commendat? in quibus tantopere virtutes tuas extollit, fidem ſcilicet, conſtantiam, & multiplicia probitatis, & virtutum merita, grata & diuturna obſequia erga ſacrum Imperium, ipſumq; Imperatorem in Prouincijs Germaniæ, Flandriæ, Hiſpanię, Burgundię, Auſtriæ, atque Italiæ in expeditionibus aduerſus Hoſtes Imperij, & præſertim aduerſus Turcas in Pannonia, in Africa, in expugnatione Golettę, & Vrbis Tuneti recuperatione, atque in alijs tam belli, quàm pacis tẽpore, Terra marique iugiter, & indefeſsè à te ſumma cum laude

labo-

laboribusque susceptis. Quare non Aulicus fieri tantū, sed Imperiali stemmate ab ipso Imperatore Carolo donari merueris. Quòd autem si ab alijs, laudibus exornari magnum est; à laudatis Viris, maius; ab Imperatore omnium maximo, maximum profectò esse dicendum erit.

De eo habetur in literis patentibus Caroli V. in Archiuio Fratrum S. Francisci.

Dionysius Barigianus I. V. D.

DIonysius Maiorum suorum insistens vestigijs, ob ingenij acumen Doctoratus lauream consequutus, suscepto deinde legendi munere tam honorificè functus est, vt sapientum approbatione ad dignius breui fuerit promotus. Aureo enim e-

lo-

loquentiæ melle reconditos legũ sensus explanãs, difficillimas earum ambages, sapido, dulcique dicendi genere consperfas, tam facilè Auditoribus propinabat; vt quemadmodum ferrum à magnete trahitur, ita eius doctrina, & eloquẽtia cateruatim discipuli, & clientes ad eius domũ traherentur. Ideoque pręclara Dionysij Consilia inter diuersorum Consilia typis mandata fuere, vt Viri tanti sapientia apud omnes propagaretur. Hic in Patriæ ciuilibus commotionibus, & incendijs, sua authoritate, & prudentia plurimum Patriæ profuit, quæ illum pluribus legationibus functum, honoribus amplissimis exornauit. Eius demum senectutẽ mors placida sequuta est anno MDXXXV. quam magnus Ciuium luctus, & mæror prosequuti sunt.

De eo Ciattus vbi supra.

Euan-

Euangelista Torniolus Tipherni Episcopus.

IN vberibus Oliuetanorum solitudinibus tam virentia virtutum omnium pascua adinuenit candidus Euangelistæ Taurus, vt Religionis suæ, sacrorumq; Canonum dogmatibus imbutus, ac saginatus, sapientiæ, prudentiæ, exactæque pietatis magnum suauitatis odorē effuderit. Ideo non est cur miremur, quòd non solum monastica officia, sed Abbatis, Visitatoris, generalisque Procuratoris munia cum honore habita, fuerint per eum summo cum decore obita. Cuius fama commotus Paulus V. Pontif. Max. Tiphernatis Ecclesiæ ei clauum commisit, totiusque sacri, prima-

marijq; Xenodochij sancti Spiritus Magnum Magistrũ creauit: in cuius ministerio tanta eius extitit vigilantia, pietas, & caritas cum prudentia coniuncta, vt dum idem Pontifex vixit, dignitatem illam magna cum laude ministrauerit: eius enim Domus prouentus auxit, nouas ædes erexit, veteres summa diligentia ampliauit. Demum anno MDCXXX. ab Vrbe Tipherni valetudinarius in Patriã reuersus, in ea, quam vnicè amauit, vitam cum morte commutauit.

B. Euangelista Balionus, Prior Generalis Ordinis S. Francisci.

CAndidum Euangelistę lilium inter primarios floruit am-

amplissimo in hoc Balionæ Domus Heroum Viridario. Hic à pueritia sacræ Diui Frãcisci familiæ addictus, ijs doctrine fundamentis, docendi, dicendique facundia animi dotes ostendit, vt pietatis, aliarumque virtutũ veluti cœmentis, magnam sibi gloriæ molẽ excitauerit ad perennitatem; & quadragesimo suę Religionis Concilio conuocato, fuerit omnium approbatione Prior Generalis renũciatus. In quo gerendo munere, strenuum se, ac vera insignem sanctimonia ostendens, omnia nudo pede sui Ordinis Cœnobia inuisit: ac demum die IV. Augusti MVID. in Epidauri Ciuitate animam Deo redidit. In cuius funere à Religiosis probisque Viris quibusdam cõspecti sunt Angeli Thura eius cadaueri adolentes, vt ad mortalium de tanti Viri beatitudine, testi-

testificationem. Immortalium etiam spirituum comprobatio accederet.

De eo habetur in Chronicis Sancti Francisci par. 3. lib. 7. & par. 4. lib. 5.

Fa-

Fabius Corneus Cameræ Apoſtolicæ Clericus.

FAbius Corneus, nominis magnitudine, & ſtẽmate nobilis, Vtriuſq; Signaturæ Referendarius, à Põtificibus Maximis Sixto V. & Gregorio XIV. Florentiam adlegatur ad Franciſcum, & ad Ferdinãdum Magnos Hetruriæ Duces. Idem Lucam, Parmamq; tranſmittitur Sedis Apoſtolicæ Nuncius: quibus in Vrbibus, difficillimis cõtrouerſijs diremptis, Senas euocatur ſupremus totius Prouinciæ ſeu Ducatus Gubernator. Bononiã illinc breui cõceſſit; vbi authoritate Pontificia compoſitis rebus, purpuram occurrentẽ obeũdo declinauit an. MDVIIIC.

Fa-

Fabius Turrettus I. V. D.

CArdaneto Præceptore politioribus literis, & Iurisprudentia Ridolphino, ac Nonio præclarissimis Iuris consultis imbutus Fabius Turrettus, eiusdem facultatis Doctoratus lauream magno cum plausu suscepit; & ad docendi munus euectus, opinioni de se conceptę optimè respondit. Is egregij Doctoris famam consequtus, in Florentinę Rotę Auditorem electus est, in cuius munere integritatis profundæq; doctrinæ laudem promeritus, Ferdinandi I. Magni Hętrurię Ducis, eximię Prudentiæ Principis, familiaritatem, & beneuolētiam sibi conciliauit; qui completo Rotę tempore, ne tanti Doctoris iacturam faceret, eiusdem Vrbis Consulum Auditoratu, Mer-

Mercatorumque Iudicis dignitate maximis prouentibus adnexis, necnon connubialibus vinculis eũdem detineri voluit. Quę munera fide summa per eũ obita, magnam probi hominis opinionem ei pepererunt; ita vt trigesimo ab eius mortis anno exhumatũ Cadauer incorruptumque repertum, eius integritatis auxerit opinionem, fueritque decretum vt nouum, ac sumptuosius publico eidẽ construeretur monumentum; Turrisque æternitatis, quam ipse suprà Responsorum voluminibus, eruditoque Tractatu de Codicillari Clausula in lucem editis, ædificauit, honestius decoraretur. Obijt Florentiæ anno MDVC.

Fa-

Fabricius de Oddis Pròtonot. Apostolicus.

Literariæ paleſtrę Patris potius hortationibus, quàm proprio Naturę impulſu, in iuuentutis flore operam dedit Fabricius; quem Pater, vt promptiorem faceret ad ſacros honores conſequendos, multa bona ſua in Plebis Caſtro in Abbatiã pro Fabricio, & in totius Domus Iuſpatronatum erexit, eundemque Hieroſolymitanum Equitum, Sanctique Lucę Commendatarium, necnon Apoſtolicum Protonotarium, Sũmi Pontificis Innocentij VIII. beneficentia creatum, purpurei quoq; Galeri fulgore decorandum ſperabat, niſi ille Patrię recuperandę deſiderio commotus, puniceũ pileum in ferream galeam, Patre re-

renuente, permutasset. Itaque propinquorum, amicorumque presidio armatus, noctu temerè Patriam ingressus, magna suorū caterua Solis portæ potitus est; Arcemque aggressus, Rectore trucidato, felicitate incredibili eius possessionem accepit. sed tantæ fortunæ beneficio haud quiescens; dum eadem felicitate Ballionum fortitudinem prosternere sperat, ab ijsdem fortiter pugnans cum amicis comprimitur; eo solum nomine felix, quòd in Patria, quam tantopere exoptauerat, occubuit anno MCDIXC. *De eo Pellinus, Ciattus, & in antiquis manuscriptis.*

Fabricius II. de Signorellis.

FAbricius Auorum militarem gloriam æmulatus, sub A-

driani Balionis disciplina eam laudem promeruit, vt in Gallia in obsidione Pictauij sæpius in hostes magna animi virtute irrumpens, multo inimicorum sãguine conspersus, seipsum fortibus factis ad suos cum gloria redeundo seruauerit. Hic hostem vicit nobilissimum, & pugnacissimum prope Moncontarnum, quo cum singulari certamine dimicauit, cuius arma, & spolia, vt fortitudinis tropheá, in Patriã reportauit. Idem in militum expeditione à Paulo IV. pro Regno Neapolitano adipiscendo, multis Militum Cẽturijs præficitur, & à Paulo V. in armorum motibus contra Venetæ Reipub. duritiem omnibus Aemiliȩ Prouinciæ militibus Gubernatoris titulo præficitur: quæ munera summo cum honore suscepit, & magna cum dignitate sustinuit. Idẽque in Patria ciuilibus honoribus

con-

conſpicuus, omnibuſque carus, diem ſuum penè nonagenarius obiuit anno MDCXV. magnoq; funeris apparatu in ſacra æde maxima ſepultus eſt.
De eo habetur in manuſcriptis Perusinis.

Falcinus Armannius à Staffa.

FAlcinus Armannius, ex ijs qui hodie à Staffa dicuntur, Falcini Senioris (qui proprio Ioannis XXI. Sũmi Pontificis motu Senatoriam Vrbis magna cũ laude geſſit dignitatem) virtutes vna cum nomine detulit. Is ea liberalitate, vitæque ſplendore vixit, vt Principis potius, quã Optimatis animum habere videretur: regias enim ędes ad ſui vſum Peruſiæ ſtruebat, & ad publicam vtilitatem, commodita-

temq;supra Tyberis vndas pontem suo ære instaurauit; & ideo Falcinum vocatum quidam volunt. Quibus rebus si addas eius eximiam prudentiam, solertiam, & authoritatem; veram in eo Principis imaginem conspicies: certè immortalis animi colorē, ac formam è sede ille deduxisse videbatur immortalitatis. Hinc Populum Perusinum suspicio inuasit, ne is Tyrannidem appeteret, quam Populus ne suo graui periculo diutius expectaret, cōmotione in Ciuitate facta, Nobiliores (magis tamen suspectos) multos vel obtruncat, vel à Patria in exiliū expellit: inter quos Falcinus hic, Bracchius ex Forbracchijs tunc Falcini Cognatus, Fabricius I. Signorellus potiores fuere. qui fędus cum pepigissent ad Patriam simul recuperandam, Falcinum licet renuētem, omnium Ducem elegerunt;
cuius

cuius militaris disciplinę sapientia, & authoritas tanta fuit, vt Florentina Respub. magno eum stipendio vna cum Commilitonibus illicò conduxerit. quo in munere nondum senex magno Commilitonum dolore obijt anno MCDXI. eiusque Cadauer in Patriam, non vt exulis, sed vt cari Ciuis delatum, publico funere, ac luctu decoratum in sacra Diui Augustini ęde sepultum fuit.

De eo Pellinus, Ciattus, & alij in Historijs Perusinis.

S. Felicissimus Martyr.

TEmporum calamitas simul, ac vetustas, felicem nobis Diui Felicissimi abstulit cognitionem: vsque adeo vel ipsi felicissimi, calamitati temporum obnoxij sunt. Quod à Martyrologio Cardinalis Baronij, aliorũque

Chronologijs eruitur, illud eſt ſolum, Feliciſſimum nempè, qui omen auſpicatus iam erat à nomine, cędis pro Chriſto coronã in agro Peruſino ſuſcepiſſe propè Tyberis ripam, eiuſque Pontem, cui nomen inditum nũc eſt Falcino, vbi in Templo tantæ virtutis Viro dicato ſacra eiuſdẽ oſſa in pręſentia magno Fideliũ cultu ſeruantur. Die vero XX. Nouembris, quo duplex Hymnorum celebratio in Peruſina Diœceſi decantatur, tanti Ciuis quotannis memoria recolitur.

Federicus Corneus Vtriuſque Signaturę Referendarius.

FEdericus Corneus non minus ingenij acumine admirabilis, quàm corporis pulcritudine, vultuſque maieſtate ſpectabilis,

bilis, ab ineunte pueritia liberalibus disciplinis addictus, sapientiæ non minus, quam vitę natus videbatur: ad grauiora deinde studia conuersus, miro ingenij quasi volatu, celeritatem temporis, Astrorumque cursum constantissimum anteuertit, dum innumera multiplici disciplinarum serie superauit annorum suorum numerum, & in ætatis suæ flore, maturos Virtutum omnium fructus dedit. Quapropter inter vtriusque Signaturę Referendarios Pauli V. Summi Pontificis iussu iuuenis adhuc adscribitur; inde ad Picentum controuersias componendas, necnon restituendas Latij Populis aquas, Pontificis authoritate designatas, nihil, omniũ admiratione, & plausu non perfectum reliquit. Vicariam denique Viterbij Legationem sortitus, Ciuiũ animos subiecit sibi prius humanitatis lege,

quàm Curię. Ideo in eo munere excedentem è viuis maturum Cælo, immaturum ætati annorũ XXI. prosequtus est Ciuium dolor: eiusque funus non tam sepulcrales Populi faces, quam maximi lacrymę Pontificis Pauli Papę V. illustrarunt anno MDCXIV.

Fr. Felix Ciattus Sacræ Theologiæ Magister.

FR. Felix, duodecim annorum adolescens, Diui Francisci claustra ingressus est, & politioribus literis egregiè imbutus, Philosophiæ, sacræque Theologię arcanis breui magna ingenij felicitate perlustratis, tantam de se doctrinę, & pietatis opinionẽ concepit, vt à summo sui Ordinis Moderatore ductus fuerit in Ger-

Germaniam, vt ibi cum Hęreticis, si opus fuisset, in arenam descenderet. Voti citò fit ille cōpos: cùm enim breui eius sapiētiæ fama Pragam, vbi degebat, complesset, vna die cum quodā Hæreticæ prauitatis propugnatore de Summi Pontificis potestate disceptaret, validisq; Ciatti rationibus cùm se hostis victum videret, eisq; respondere nequiret, arrepto pugione in Ciattum impetum fecit. At ille pectus inuicto animo ad vulnus pro Christianæ Religionis defensione offerens genuflexus, hominis duritiem vicit; qui tantæ virtutis admiratione commotus, Infidelitatis tenebris, cælesti luce discussis, Catholicis dogmatibus acquiescere nō dubitauit. Sic Ciattus non tam verbis, quàm vitæ oblatione, Catholicam Fidem propugnauit. Cùm autem Ferdinando II. Imperatori ob tantū

facinus illi apprimè carus in Italiam rediturus, obsequium prestaret, munera ab eo, literasque commendatitias accepit; & in Italiam reuersus Philosophię sacræque Theologiæ, & sacri Cõcionatoris munus cum laude susceptũ cumulatissimè expleuit. Idem Ordinis sui Vicariatus, & Prouincialatus Præfecturas laudabiliter gessit. Propertium Poetam Ciuem fuisse Perusinum, Paradoxo de hoc edito plenè probauit. Paradoxa item alia eruditione refertissima edidit. Sacros sui Ordinis Annales, necnon Augustæ Perusiæ ab eius Origine Historias cumulatissimè scripsit, & partem primam edidit. Dum verò altera sub prælo esset, Ciattus nondum quinquagenarius ex hac vita migrauit anno MDCXLII. eius laudibus à Patre Io. Baptista Tartalia Societatis Iesu in Ecclesia Diui Fran-

Francisci Oratione funebri decantatis.

Franciscus Gratianus Episcopus Perusinus.

VGolino Episcopo Perusino desiderato, Frãciscus Gratianus ex Archipresbyteratu successit in Perusina sede: qui perillustris Familiæ nobilitatem, ex qua natus erat, optimorum studiorum nobilitate auxit vt digni. tate, ita virtute; summis Viris, qui tamen Pastore dignam operam prestitissent non impar. vno supra trigesimum anno Antistitis tenuit dignitatem, Episcopus dignus magis; quam diuturnus, sapientia etiam spectabilis magis quàm ætate. Hunc Benedictus X. Summus Pontifex multiplicis nomine virtutis amauit in primis, suspexit in paucis nõ vna bene-

uolētissimę significatione voluntatis. Senio confectus non è viuis excessit, sed ad immortales concessit. Gratiani ossa ad Diui Laurentij ædem delata fuere anno MCCCVL.

De eo habetur in Historijs Perusinis Pellini, Mariottelli, & Ciatti.

Franciscus à Pinna Rotæ Romanę Auditor.

FRanciscus ex assiduo studiorum suorum labore præclaros cepit verę glorię fructus: nā suscepta doctoratus laurea, Iurisprudentiā publicè docuit magno audientium emolumento, & plausu: atque è suggestu ad Tribunal in Maceratensis Rotę Auditor vocatus, ex eo ad supremū totius Orbis magna cum gloria promotus est; & dum in Romano

illo

illo ſcientiarum viridario eximię doctrinę, & prudentiæ ſuæ flores explicat, vt optimos inde fructus ederet, ipſo Autumni initio antequam deficeret annus, ſæuo peſtiferę febris afflante Aquilone, inſignis hęc planta decidit; atq; in ſacro Virginis Templo ſupra Mineruam magno bonorũ mærore ſepulta quieuit anno MDXCII.

Franciſcus Balionius Protonot. Apoſt.

TOganè an ſago præclariorẽ te referam Franciſce? qui vtraque diſciplina magnam gloriam promeritus es: nam puniceo colore togatus, & militari in ſago galeatus, non periti modo, ſed pij Sacerdotis ante Aras, & in Claſſibus prouidi, ſtrenuique Ducis officio ſunctus es, ita

Vir-

Virtus in vno pectore pacis amo rem, belli ardorem nexu mutuo conciliauit. Hic cum Iuriscon- ſultus, & Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, Patrię nomine Lega- tione fungeretur ad Pium V. Sũ- mum Pontificem, oris maieſtate, melliſluaque facundia Pontificis animum irretiuit, vt mox illum vtriuſque Signaturę Referenda- rium, Apoſtolicumque Protono- tarium, & Anconæ Præfectum diceret. Quantum illud fuit ver- borum rete, quod tanti Pontificis animam verè magnã inuolauit! Cumque Sãctus ille Pontifex op- timè nouiſſet Balionos Proceres ad arma propenſiores eſſe; Fran- ciſcum ingentis Claſſis, quam contra Turcas parauerat, Com- miſſarium elegit. quo in munere, cum eius ſolertiam, ac rebus in omnibus vigilantiam nouiſſet, alterius deinde Eccleſiaſt. Claſ- ſis longè maioris an. MDLXXI.

para-

paratę, idem ei munus largitus est: naualique prælio illo celeberrimo in Corinthiaco ſinu magna Chriſtianæ Reipub. gloria initio, Franciſcus non tam prudẽtiſſimi Ducis, quàm fortiſſimi militis, necnõ vigilantiſſimi Commiſſarij munia expleuit, ita vt tantę Victorię laudum particeps magna ex parte iure merito eſſe debeat.

De eo habetur in Hiſtorij Pellini, & Criſpolti.

Franciſcus de Vbaldis I. V. D.

FRanciſcus Baldi Iuriſconſultorum Principis filius, Peruſinum, & Tycinenſe Gymnaſium Iuris ciuilis profeſſione illuſtrauit. Eius Reſponſa inter patris Conſilia leguntur; vt ſicut Patri virtute, & doctrina fuit ſe-

rè

rè proximus; ſic par erat, eius ingenij monumenta, ne loco quidem à paternis diſiungerentur. *Habetur hoc Elogium ſub eius figura.*

Franciſcus Oddus, & Berardinus Rainerius.

Spoletum, vt belliCoſorum hominum Mater, ita Ghibellinorũ altrix potius, quàm Guelphorum fuit; ideo Spoletani Peruſinorum, qui Guelphi ſunt, imperia ægrè ferentes, eorum iugũ excutere perſępè tentarunt: & prę ſertim an. MCCCCLXXIV. Ghibellinos exules intra mœnia recipiẽtes, Iuſtitię Miniſtros Peruſinos, non ſine aliqua Peruſini nominis iniuria propulſarunt. Qua re Peruſinus Senatus vehementer indignatus, collecto ſtatim exercitu, eiuſq; adminiſtratione

tione credita peritiſſimis militiæ Viris Berardino Rainerio, & Frã. ciſco Oddo, illis imperatum eſt, vt agrum Spoletanum depopularentur. Bellicę igitur aues illicò conuolarunt ad prædam, ſtetitq; multorum ſanguine ferocitas populantium, inde ambo fortiores intra męnia recepti à Peruſinis obſidione cinguntur, & conglobati extra męnia erumpentes, acriter ibi pugnatur tanto Spoletanorũ ſanguine, vt vicinus Torrẽs ſanguineis auctus vndis purpuratus fluxerit, cęteri imbecilliores intra męnia fugientes ſalutem ibi quærere coacti ſunt; qui vt imminentem Patrię ruinã effugerent, Legatos orantes in Peruſinorum Caſtra mittũt, eiſq; nouam deditionem, & noua tributa pollicentur. Itaque durioribus conditionibus, quam antea in gratiam recepti ſunt. Trium-

phan-

phantes autem Perusini Duces exercitum victorem in Patriam reduxerunt, eò gloriosiores, quod victoriam paruo suorum sanguine reportarunt.
De his Pellinus, Crispoltus & alij in Historijs Perusinis.

Franciscus Sacchinus Societatis Iesu.

VTinam Antiquitas multos nobis attulisset Sacchinos, qui huius Francisci facundia nostrorum Procerum præclara facinora Historijs retulissent; non enim nobis in presenti necesse esset eorum memorias cęcis in tenebris exquirere. Etenim hic miræ indolis adolescens, Societati Iesu adscriptus tantam de se spem concitauit apud summos illos totius Orbis sapientissimos Viros, vt cum Poeticę, Rhetoricę,

cę,

cę, Philoſophię, ſacręque Theologię ſtudijs ingenij acumine, & aſſidua diligentia reſpondiſſet, Rhetoricam primum magno Vrbis plauſu in Collegio Romano docuerit; inde ob ſolidam prudẽtiam, firmamque vitæ ſanctimoniam, Religionis ſuæ à ſecretis inſeruiendi munus, eiuſdemque Religionis vaſtiſſimos Annales compilandi, tanti Viri ſolertiæ commiſſum fuit: quibus ipſe ſuo ſtudio exaratis, publicæque luci commendatis, maximum ſibi, Patrię, & Religioni ornamẽtum attulit. Vitas prætęrea, & geſta multorum eiuſdem Societatis Patrum ſanctitate, vel doctrina, præſtantium ſcripſit, quæ tamen morte pręueniente in lucem editæ non ſunt, vt illius ſolius mors & tantum Virum omnibus, & poſteritati aliorum memoriam ſuſtulerit.

Fran-

Franciscus Maturantius.

QVis non admiretur in tam sterili bonarum literarum sæculo Franciscum Maturantiũ floruisse tam sublimi doctrina, tam solida Grecarum literarum cognitione, tamque erudita? vt publicum informandæ Iuuentutis munus eius prudentiæ creditum vtiliter, ac honorificè sustinuerit, & eam rebus in omnibus peritiam, solertiamque præbuerit, vt Respub. Perusina illum à secretis elegerit, eiusque virtutes magno stipendio conduxerit. Hic rerum antiquarum cognitionem plurimum calluit, de quibus cum varias lucubrationes scripsisset, ingenij sui splendore abditas earum tenebras propulsauit. Commentaria in Marcum Tullium Ciceronem ab eo pereruditè exarata, & in lucem edita,

ta, maximam literariæ facultati vtilitatem attulerunt. Demum, annis, & meritis onustus, honestam vitã cum honestiori morte commutauit, tanto totius Augustæ Patriæ dolore, vt publica oratione eius iacturam Christophorus Saxus Ann. MDXII. deplorauerit.

De eo Pellinus & Ciattus vbi supra.

Fuluius Paulutius Protonotarius Apostolicus.

QVo te Elogio celebriorem reddam, Fului Senex dulcissime, omniumque beneuolẽtia cumulatissime; nisi eo ipso, quod aureis notis in tuo monumento inscriptum legimus in primaria Diui Laurentij ædes, in qua quod tibi mortale fuerat, sepultum multa celebritate fuit.

ete-

etenim virtutes, aureique mores tui, quibus tanto vitæ splendore te ipsum, Familiam, & Patriam illustriorem fecisti, non nisi aureis notis celebrari debuerant. Iure igitur Constantius Abbas, & Archidiaconus Nepos tuus, Vir eruditissimus, in laudibus tuis, vt summopere elegans, ita vehementer parcus, his aureis verbis de te fatur.

Fuluio Paulutio in Tēplo hoc primario Archidiaconatū, Laureti Prefecturam, Vrbis veteris, Venetiarum, Perusiæ, in Alma Vrbe S. Marie Transtyberim Vicaria munia cum decore habita, cum fide obita, & claras Virorū Ciuitatumque principum dignitates vmbrę somnium seriò sentiens, & aduersus suaue venenū non semel sibi intimo Summorū Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. Cubiculario ab Romana Aula propinatum, viuo se mortis

tis firmans antidoto, depositario iure clauderet, in antesolutū struxit, mente ad illum, qui cōprehendi nequit erecta, ann. Domini MDCXXVII. ætatis suæ LXXVII. Constantius Archidiaconus Patruo Parenti bene de se merito bene merens parentat.

C

prudentia

pér & a d

è reſp

Doctis

Florentin

ctus eſt,

tegritatis

laudem

andi I. Mag

ximię Prud

iliaritatem

bi concilia

orę tempo

s iacturam

rbis Conſ

cum ſint in promptu
teſtis ſit Peruſia, quæ
o artis tuæ portento
m oſtento, erutis, ex-
anis, ac Templis frui-
m de tui iactura ſoli-
ieret ſatis, Catholici
o ad ſe ſe tantum Virũ
s æquo animo ferre
: videlicet exaggeratæ
, & exterorum & do-
n ſuffragia ancillãtur.
ergo te architectandi
molem gloriȩ tuæ im-
erexiſſe in mentibus
n. Obijt anno MDL.

gius Vaſarius.

Saracenus, vulgò Mancinus.

manus frequentior v-
ibi, Gaſpar, Mancini

rè proximus; ſic par erat, eius ingenij monumenta, ne loco quidem à paternis diſiungerentur. *Habetur hoc Elogium ſub eius figura.*

Franciſcus Oddus, & Berardinus Rainerius.

Spoletum, vt bellicoſorum hominum Mater, ita Ghibellinorũ altrix potius, quàm Guelphorum fuit; ideo Spoletani Peruſinorum, qui Guelphi ſunt, imperia ægrè ferentes, eorum iugũ excutere perſępè tentarunt: & pręſertim an. MCCCCLXXIV. Ghibellinos exules intra mœnia recipiẽtes, Iuſtitię Miniſtros Peruſinos, non ſine aliqua Peruſini nominis iniuria propulſarunt. Qua re Peruſinus Senatus vehementer indignatus, collecto ſtatim exercitu, eiuſq; adminiſtratione

tione credita peritissimis militiæ Viris Berardino Rainerio, & Frā. cisco Oddo, illis imperatum est, vt agrum Spoletanum depopularentur. Bellicę igitur aues illicò conuolarunt ad prædam, stetitq; multorum sanguine ferocitas po. pulantium, inde ambo fortiores intra męnia recepti à Perusinis obsidione cinguntur, & conglobati extra męnia erumpentes, acriter ibi pugnatur tanto Spoletanorū sanguine, vt vicinus Torrés sanguineis auctus vndis purpuratus fluxerit, cęteri imbecilliores intra męnia fugientes salutem ibi quærere coacti sunt; qui vt imminentem Patrię rüinā effugerent, Legatos orantes in Perusinorum Castra mittūt, eisq; nouam deditionem, & noua tributa pollicentur. Itaque durioribus conditionibus, quam antea in gratiam recepti sunt. Trium-

phan-

phantes autem Perusini Duces exercitum victorem in Patriam reduxerunt, eò gloriosiores, quod victoriam paruo suorum sanguine reportarunt.
De his Pellinus, Crispoltus & alij in Historijs Perusinis.

Franciscus Sacchinus Societatis Iesu.

VTinam Antiquitas multos nobis attulisset Sacchinos, qui huius Francisci facundia nostrorum Procerum præclara facinora Historijs retulissent; non enim nobis in presenti necesse esset eorum memorias cęcis in tenebris exquirere. Etenim hic miræ indolis adolescens, Societati Iesu adscriptus tantam de se spem concitauit apud summos illos totius Orbis sapientissimos Viros, vt cum Poeticę, Rhetoricę,

ce, Philosophie, sacreque Theologie studijs ingenij acumine, & assidua diligentia respondisset, Rhetoricam primum magno Vrbis plausu in Collegio Romano docuerit; inde ob solidam prudẽtiam, firmamque vitæ sanctimoniam, Religionis suæ à secretis inseruiendi munus, eiusdemque Religionis vastissimos Annales compilandi, tanti Viri solertiæ commissum fuit: quibus ipse suo studio exaratis, publicæque luci commendatis, maximum sibi, Patrie, & Religioni ornamẽtum attulit. Vitas præterea, & gesta multorum eiusdem Societatis Patrum sanctitate, vel doctrina præstantium scripsit, quæ tamen morte preueniente in lucem editæ non sunt, vt illius solius mors & tantum Virum omnibus, & posteritati aliorum memoriam sustulerit.

Franciscus Maturantius.

QVis non admiretur in tam sterili bonarum literarum sæculo Franciscum Maturantiū floruisse tam sublimi doctrina, tam solida Grecarum literarum cognitione, tamque erudita? vt publicum informandæ Iuuentutis munus eius prudentiæ creditum vtiliter, ac honorificè sustinuerit, & eam rebus in omnibus peritiam, solertiamque præbuerit, vt Respub. Perusina illum à secretis elegerit, eiusque virtutes magno stipendio conduxerit. Hic rerum antiquarum cognitionem plurimum calluit, de quibus cum varias lucubrationes scripsisset, ingenij sui splendore abditas earum tenebras propulsauit. Commentaria in Marcum Tullium Ciceronem ab eo pereruditè exarata, & in lucem edi-

ta,

ta, maximam literariæ facultati vtilitatem attulerunt. Demum annis, & meritis onustus, honestam vitã cum honestiori morte commutauit, tanto totius Augustæ Patriæ dolore, vt publica oratione eius iacturam Christophorus Saxus Ann. MDXII. deplorauerit.

De eo Pellinus & Ciattus vbi supra.

Fuluius Paulutius Protonotarius Apostolicus.

QVo te Elogio celebriorem reddam, Fului Senex dulcissime, omniumque beneuolẽtia cumulatissime; nisi eo ipso, quod aureis notis in tuo monumento inscriptum legimus in primaria Diui Laurentij ædes, in qua quod tibi mortale fuerat, sepultum multa celebritate fuit.

etenim virtutes, aureique mores tui, quibus tanto vitæ splendore te ipsum, Familiam, & Patriam illustriorem fecisti, non nisi aureis notis celebrari debuerant. Iure igitur Constantius Abbas, & Archidiaconus Nepos tuus, Vir eruditissimus, in laudibus tuis, vt summopere elegans, ita vehementer parcus, his aureis verbis de te fatur.

Fuluio Paulutio in Tẽplo hoc primario Archidiaconatũ, Laureti Prefecturam, Vrbis veteris, Venetiarum, Perusiæ, in Alma Vrbe S. Marie Transtyberim Vicaria munia cum decore habita, cum fide obita, & claras Virorũ Ciuitatumque principum dignitates vmbre somnium seriò sentiens, & aduersus suaue venenũ non semel sibi intimo Summorũ Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. Cubiculario ab Romana Aula propinatum, viuo se mortis

tis firmans antidoto, deposita-
rio iure clauderet, in antesolutū
struxit, mente ad illum, qui cō-
prehendi nequit erecta, ann. Do-
mini MDCXXVII. ætatis suæ
LXXVII. Constantius Archidia-
conus Patruo Parenti bene de-
se merito bene merens parentat.

Ga-

Galeatius Alexius.

QVi te ignorat Galeati, Architecturam ignoret, necesse est. huius enim non specimen, sed speciem viuam, spirantemq; in te vno intueri licuit ijs, qui superioribus annis literariç diei lucem aspexerunt; duplici planè miraculo obstupentes tuam in ædificiorum architectatione Peritiam, artis ac naturç in te architectando miraculum. Testis Bononia, Florentia, Mediolanũ, & ijs tacentibus Ligures, penes quos tam prçclarum architecturç compendium, an miraculum reliquisse memorãt, vt post hominum memoriam adeo egregiũ visum nunquam fateãtur, ac prçdicent. Testis Orbis decus, ac Princeps Roma: ac ne videar externa longèque petita captare

suffra-

ſuffragia, cum ſint in promptu domeſtica: teſtis ſit Peruſia, quæ ſicuti modo artis tuæ portento verius, quàm oſtento, erutis, extructiſq; Fanis, ac Templis fruitur, ita olim de tui iactura ſolicita, vt fieret ſatis, Catholici Regis voto ad ſe ſe tantum Virũ deuocantis æquo animo ferre non potuit: videlicet exaggeratæ virtuti tuæ, & exterorum & domeſticorum ſuffragia ancillãtur. Non miror ergo te architectandi præſtantia molem glorię tuæ immortalem erexiſſe in mentibus poſterorum. Obijt anno MDL. XXII.

De eo Giorgius Vaſarius.

Gaſpar Saracenus, vulgò Mancinus.

LÆuæ manus frequentior vſus tibi, Gaſpar, Mancini

nomen indidit; sed veriùs, dum contra hostes præliabaris, ob insignem ferocitatem, dexteram tibi vtramq; fuisse manum, splēdidè poterat prædicari. Malatestæ Balioni, Perusinorum Annibalis, fortunam, geniumque sectatus, ab eoque vnicè ob insignem fortitudinem, reique bellicæ peritiam adamatus, ad varia militaria munia, eaq; summa euectus cū fueris; & sub Rodulpho eiusdem Malatestæ filio (cui à Iulio III. Summo Pontifice, Farnesianum Castri Ducatum inuadendi cura demandata fuerat) mille militum Præfectura tibi commissa, fortiter hostes inuasisti, tuaque læua, læuam planè fortunam hostilem in exercitum inuexisti: & non modo strenui militis, sed optimi, prudentisque Ducis fama tibi comparata, in Patriam reuersus, & in ea summam existimationem nactus, decessi.

cessisti anno MDIIIL. tibique nomen tantum, non Virtus, nec Fortuna sinistra fuit.

De eo Ciattus in Historijs Perusinis.

SS. Gratianus, & Felinus Martyres.

CAeteris Perusinę glorię laudibus Martyrum Corona non defuit; & qui sanguinē pro Patria fundere, ijdem spiritum cum sanguine pro Cælo norunt impendere Perusini. Primis illis pubescentis Ecclesiæ annis maturos Cælo Felinum, & Gratianum Perusinos Ciues, à Diuo Florentio Perusino Episcopo fidei misterijs initiatos, & sacro fonte lustratos, mox ad extremū vsque supplicium fortiter subeū-dum impulsos, sub Decio Imperatore, iubente Valeriano Peru-

ſiæ Præfecto, inter Martyres Peruſia in Patriam extulit felicitatis. quorum corpora honeſtiſſimo ſepulcro condita, multis interiectis annis, in Aronæ Oppidum Mediolanenſis Diœceſis, dante ſic veniam Ioanne XXI. Summo Pōtifice Obizzoni Borromęorum Comiti, translata ſunt anno CMXXX. Aronæ vero Eccleſia precioſis hiſce reliquijs cohoneſtata, à Diuo Carolo Borromeo conceſſa Patribus Societatis Ieſu fuit, à quibus magna veneratione coluntur. Sic Peruſina virtus non ſuis ſatis finibus contenta, alienas etiam ſedes adijt, vt ſuo eas lumine illuſtraret.

De ÿs Coyrus in Hiſtorijs.

Gra-

Gratia de Gratianis, & Ioannes Vibius.

IOannes Acutus, Anglicę virtutis propagator, tumultuarijs prælijs per Italiam feliciter gestis, militumque suorum numero vehementer aucto, ingentem vniuersę Italiæ terrorem intulit. Hinc Vrbes non paucæ vltrò se eius imperio dediderunt; & non Pisarum modo, & Florētinorum Respub. sed Summus Pontifex Vrbanus V. supremum illum Armorum Ducem renunciarunt. Hic cum ad agrum Perusinum deuastandum insignem numero impulisset equitatum, Perusini Ciues animo, vt semper imperterrito, exercitum suum collegerunt, cuius imperium Ioanni Vibio, & Gratiæ de Gratianis demandarunt; quorum

bellicę virtutis imperandi peritia ex anteactis prælijs plurimũ enituerat. Hi summa vigilantia hostium antesignanos præcurrentes tanta fortitudine inuadũt, vt ab incepta direptione, multo profuso sanguine, aliò diuertere coegerint; nimirum si fulgurare norunt alij, fulminant Perusini. Sic Patria horum Ducum virtute ab imminenti periculo liberata, in eam reuersi, magnis plausibus ab vniuerso Populo, veluti ouantes, excepti sunt.

De eijs Pellinus in Historijs Perusinis.

Guglielmus Pontanus I. V. C.

GVglielmus Pontanorum Gente Perusię natus, prius quam Ius ciuile attingeret, Philoso-

losophię pręceptis imbutus est; pręcocis ingenij beneficio pe- ne puer. Non ad optimam modo frugem, sed raro naturę dono ad longam septuagintaseptem annorum senectutem peruenit, eo miraculo, vt senectutem corporis, vigente semper magis animi, ac sapientię, prosequtus fuerit iuuentutę. Quare annorum illud curriculum feliciter in hoc almo Gymnasio Ius ciuile profitendo, magna cum laude transegit; ita vt inter primarios totius Italiæ Iurisconsultos haberetur; & ideo Bononiam profectus, vt Patriæ negocia cũ Clemente VII. transigeret, ab eo Pontifice perhonorificè exceptus, gratijs multis cohonestatus est, & præsertim, vt Perusiæ Rotę Tribunal erigeretur ad litium ambages citius dirimendas. Huius etiam Guglielmi plura extant Cõmẽtaria in libros Di-

gestorum, & Infortiati, tam in lucem edita, quàm edēda, ab eo eruditissimè exarata; certissima Viri tanti doctrinæ & Virtutum monumenta.

De eo habetur in Historijs Perusinis Pellini & Crispolti.

Gulielmus Mattius.

GVlielmus Mattius Nicolao Piccinino Perusinorū Vlyssi strenuam operam nauās, fortibus factis eius gratiam vehementer promeruit; eiusq; fuit authoritatis, vt postquam idem Nicolaus primarijs eum militiæ muneribus & honoribus decorauit, Franciscum filium suum adolescentem, quem in agro Piceno cum exercitu reliquerat, huius Gulielmi senescentis consilio, & fidei commendauerit; quem Franciscus, Patre è viuis sublato, vti Parentē semper coluit,

luit, summisque honoribus affecit. cuius ferociam annorum grauitate haud flauescentem cohibere non potuit, quin in Cremonæ obsidione inter antesignanos intra hostium Ciuitatem oppugnantium vallos penetraret, suoque exemplo fortiores milites, ad irruendum in hostes impelleret, eosque ab obsidione Ciuitatis, vt fecit, propelleret. At dum nimis audacter, vt alios à vexationibus liberaret, ad pugnam animum intendit, grauioris balistæ ictu magno Piccinini, & totius exercitus dolore interficitur, non Vrbis direptionem magis deplorantium, quàm maiorem Vrbis excidio Gulielmi vnius iacturam.

De eo Pellinus in Historijs.

P. Heluius Pertinax Imperator.

HEluius Pertinax ex Patre Heluio Succetto in Apennino in Villa Martis natus est, Pertinax dictus ex continua lignariæ negotiatione, quòd eam pertinaciter exerceret. Legibus studuit, sed armis intentior, per præcipuos militiæ gradus à Pompeiano Marci Genero euectus, Principatum inuitus capessit, Senatu pariter, ac militibus deferētibus. Commodo enim occiso, Lætus Præfectus Prætorio, & Electus Cubicularius, nocte intempesta mortem Commodi annunciarũt Pertinaci, eumque in Castra deductum Imperatorem designarunt sexagenario maiorem, anno Christi centesimo nonagesimo

ſimo quinto. Hic fuit Vir fortis, ac ſtrenuus, omnibuſque ſe beneuolum, & ciuilem exhibuit. Aes alienum ab initio Imperij conductum, facta auctione ſupellectilis Commodi Imperatoris, diſſoluit. Operibus publicis certum ſumptum conſtituit, ſtipendia debita ſoluit, præmia militibus poſuit, Annonæ conſultiſſimè prouidit; Senatui ſemper profuit. Quicquid inculti ſoli vacabat, occupantibus adiudicauit; decemque annorum immunitatem, perpetuamq; libertatem agricolis conceſſit. Auaritiæ ſuſpicione non caruit: nam cum patrimonium haberet perexiguum, ita parſimonia in Prouincijs ſe geſſit, vt ſubitò factus ſit diues: & cùm moribus ſeuerior eſſet, Populique ac militum licentiam caſtigare feſtinantius cœpiſſet, Aulicis etiam inuiſus, à Læto Præfecto, qui eum

Imperatorem fecerat, in Palatio cum duobus Cubicularijs magno bonorum dolore confossus est. Humanæ exemplum inconstantiæ; dum ab eodem, qui viã ad solium aperuerat, feretrum paratum est. Eius mortem Senatus indignissimè tulit, & ideo inter Diuos retulit.

De eo Ciattus in Historiis Perusinis, Thomas Treterius in Elogiis Imperatorum.

B. Herculanus Ordinis S. Francisci.

HErculei affinitatem nominis, Herculea maiori etiã virtute Herculanus impleuit. A Grammaticis legibus ad arctioris vitæ leges Cælesti Magistro eruditus accessit; Franciscanæ Familiæ nomen dedit, animum dicauit Cælo; parcitate ciborum.

borum; veſtibus cilicinis, corporis afflictationibus, animum ad Cęleſtes delicias prouocare cõſueuit. Familiam ſuam ſolutiore diſciplina labantem, arctiſſimæ vitæ, ampliſſimę ſeueritatis exemplo, confirmauit, moreſque ſodalium informi iam ſenio veteraſcentes ad nouitatem traxit, dum ad florentem olim diſciplinæ retulit vetuſtatem. Ab Summo Pontifice Eugenio IV. venia, vt noua excitaret Cœnobia, impetrata, plurima in Lucenſi regione, agroque Lucenſi, mira celeritate conſtruxit. Habitandis Cœnobijs vitæ ſocios, ac ſanctitatis adſciuit: nimirum ſuę virtutis Soli ſydera pulcherrimæ lucis addidit Herculanus; ſydera inquam, ſed non errantia, ſiquidẽ ſanctitatis curriculum rectiſſimo tramite conficiebant. Charus Deo Herculanus quicquid ab eo petijt impetrauit. Accepta ab

ab Amicis beneficia, miraculis compensabat. Si Herculano negabant nihil, Herculani opera, quæ expetebant è Cælo referebant omnia. Spiritu afflatus Diuino præsagiebat futura. Quid mirum? spiritum ipse propè dixerim diuinum ad futuram gestabat in pectore immortalitatem.: Lucenses Florentinorum obsidione cinctos, cibarijs omnibus destitutos, in summo desperatæ rei discrimine inter concionandum sanctioris Hebdomadæ ferijs ad spem optimam erexit futurum esse, vt proxima Christi à mortuis existentis die Florentinorum frumēto, & carnibus vescerentur. Accidit autem, vt Florētinus Mercator ad Lucæ mœnia accederet cum vi commeatuum ingenti. admissi commeatus in Vrbem, ac Ciues eo famis periculo vendicati. Desine Lector mirari vaticinium Herculani,

ni: meliore ſiquidem, ac diuino cibo dum ſacris concionibus alebat mentes, quid ni ad futura membris leuandis cibaria diuinaret? Miraculo Lucenſes attoniti, immortales egere gratias Herculano, nec opem adeò præſentem ipſius impetratam precibus dubitarunt; indè ſoluta obſidione ab hoſtibus Florentinis, vt paulo ante ab armis Nicolai Piccinini Ciuis etiam Peruſini ſeruati ſunt. vſque adeo ſanctitas vel inermis expugnat armatos. Deſijt in terris viuere victurus ſemper in Cælo ann. MCD. LI.

De eo habetur in Chronicis Sancti Franciſci.

Hieronymus Oliuetanorum Abbas Generalis.

PReclarè omnino Hieronymus candido puritatis suæ animo, album Oliuetanorum habitum copulauit, dum penè puer inter eorum claustra se cõclusit; in quibus ieiunijs, cilicinis vestibus, assiduisque in Deũ precibus ad eam vitæ perfectionem conscendit, vt ab omnibus sui Ordinis Patribus vehementer dilectus, & magna veneratione habitus, Abbas & Prouinciarum Visitator, & paulò post totius Ordinis Abbas Generalis anno MCDV. fuerit electus. Idẽ cùm rebus in omnibus prudentiã eximiam, dexteritatemque præbuisset, alio sui Ordinis Concilio an. MCDXIII. vnanimi Monachorum consensu iterum Abbas

bas Generalis renunciatus est. Bis itaq; dignitate functus fuit, virtute tamen semper. Sed in magno eius virtutum splendore nox importunis mortis eius tenebris corpus pallore obumbrauit, vt animus in Cælo fulgentior emicaret.
De eo habetur in Historiis Oliuetanorum.

Hieronymus Montesperellus.

HIc Hieronymus Montesperellus effingitur: qui Viri virtutē non noueris, clarissimorū Ducum Perusinorum virtutem ad memoriam reuoca, tunc noueris. Hic Venetis Castris præfectus est, cum vndique facta conspiratione in Venetam Rēpubl. potentissimi hostes irruerent, in Rerumpublicarum cala-

lami-

lamitatibus & ærumnis, non fauor Patrum, ſed propria virtus Duces euehit. Quare ſi Hieronymum parem cum Camillo gloriam inueniſſe quis dixerit, aut penè parem; ne latum ille quidem vnguẽ à veritate alienauerit.

Hieronymus ex Comitibus Bigazzinis.

Hieronymus ex præclaro Berardinæ Balionæ, & Franciſci de Bigazzinis ſanguine natus, cùm natura ipſa ad literarum ſtudia propenſior eſſet, liberalium diſciplinarum cognitioni ſe totum tradidit. Cum enim Maiores ſui militari gloriæ intenti, rebus præclarè geſtis magnam ſibi gloriã comparaſſent, ipſe conſtanter in familiam ſuam literarum laudẽ, & or-

& ornamenta inducere contendit, pulcrarumque rerum inquisitioni se dedidit, in quibus excellere haud minus gloriosum duxit. Itaque toto pectore Mathematicas disciplinas, & præsertim Astrologiã, sectatus est; in qua ita excelluit, vt eius tempore, nec in Vrbe nostra, nec in Orbe toto, Lucæ Gaurici testimonio Astrologorum celeberrimi, huic similis repertus sit; quare eius iudicium Paulus III. Pontif. Max. plurimi faciebat, eumque etiam in dubijs rebus, negocijsq; difficillimis persæpe consulebat, & in quadam eius Epistola ad hunc Hieronymum missa vocat eum excellẽtissimum Mathematicum; absolutissima enim syderum cognitione pollens, mira semper prędixit, & præsertim de temporũ qualitate, & mutatione; vtque propius ad veritatem, ita ad

quan-

quandam, si ita loqui fas esset, diuinitatem, vt verus Vates accessit, Illud vero in tanto viro admirabilius duxerim, quod cũ esset huius scientiæ, necnon etiã Geometriæ, cuius plura documenta protulerat admirabilia, omnium præstantissimus; nec ambitiosus tamen, nec doctrinę ostentator extitit; ita vt Socratis illius Atheniensis imaginem referret, qui illud vnum profitebatur se scire, quod nihil sciret. Imo cum in hoc etiam Socratem fuerit imitatus, quod nihil scriptum reliquerit, altero Platone indigeret, qui eius doctrinam, sanctissimos mores, vitæque integritatem, eloquentiori Elogio celebraret.

Hip-

Hippolytus Corneus Episcopus Perusinus.

PRincipis hic Ecclesiæ Archidiaconus mira posuit, dicerem rudimenta virtutum, si quid in eo rude vnquam fuisset, ac impolitum, quem disciplinarum comprehensio, omniũ morum integritas, vitæ sanctimonia perfectissimè expolierat. Certè, cum à Fuluio Cardinali Corneo Perusiæ Episcopatum administrandũ accepisset, Herculea planè vi Atlanteum onus nouem annorum spatio sustinuit, tam felici conatu, vt omnes in illo Fuluij sin minus purpuram, certè merita, venerarẽtur. Tandem euulsis vitiorum fibris, iactis virtutum seminibus, ingentem moriens messem fecit lacrymarum & laudum.

Hie-

Hieronymus Gulielmus Episcopus Aemoniæ.

NOrunt quicumque Hieronymum Gulielmum norunt, quam intimè nosset,& humanæ,& diuinæ sapientiæ arcana, difficultatumq; latebras peruasisset indagator acerrimus: qui vt cautus lenocinantis Naturæ vitaret illicia, minusq; insidiosas Sirenum voces audiret, in Diui Dominici familiam se se recepit; incredibile dictu est, quo ardore, qua alacritate sapientiam, & pietatem sequeretur. Vir inter sapientes pijssimus, Episcopali honore à Pontifice Iulio III. honestatus, in Tridentina Synodo Religiosæ doctrinæ specimen, siue speculum dedit: sæua Parca vitæ filū abscidit: cuius tamen illustri ingenij

genij

genij monumẽto in literariam edito lucem, de Operibus sex dierum, obesse non potuit.

De eo habetur in Chronicis Dominicanis.

Horatius I. Balionus.

HOratius Ioãne Paulo fortissimo Viro genitus, cũ multis per Italiam bellis inclaruisset, Ioãne Mediceo pugnacissimo bellatore occiso in acie, ei legioni, in qua flos Italicorũ militum merebat, quæque cũ propter Ioannis summi Ducis necẽ, atri coloris chlamydes assumpsisset, atrata vocabatur, à Florentina Repub. cum imperio præficitur. Huius auspicijs atrata legio hostibus adeo terribilis euasit, vt eius nomine tantum hostes audito, pauidi se se in fœdam fugam conijcerent. Atro proinde legio hæc incedens

dens amictu, candidam clarissimamque sibi gloriam ex obscura hostium fuga comparauit. His militibus strenuè rem gerẽtibus, Horatius Salernum vi cepit, & Galliarum Regi parere coegit. Eo præterea Duce Cæsariani milites in bello Neapolitano multis in locis fusi, & pro fligati sunt; vt verissimè dici possit, eum nunquam manus cum hoste conseruisse, quin victor glosiosissimus è prælio discederet. Illius præcipuè opera permultos menses hostes Neapolitana in Vrbe obsessi, & grauissimis incommodis affecti, de deserenda Vrbe sæpius seriò cogitarunt; vnde proculdubio victi abscessissent, nisi Horatius in acie fortiter dimicans in ipso Victoriæ limine, Italię perpetuo lugendus, gloriosissimè cecidisset.

De eo Pell. & Iouius in Elogiis.

Ho-

Horatius II. Balionus.

HOratius tempore, non virtute poſtremus aſpectu iucundus ſed tali, qualẽ decet Virum, vt ſimul cum videretur terreret. Pannonia adoleſcentem, ac penè puerum, ſed Ducem, Croatia Tribunum militum ſuſpexit. Veneta demum Reſpub. copiarum ſuarum Gubernatorẽ eum renunciauit; profuit conſilio, & manibus, ambiguum vt videatur, prudentior ne Dux, an fortior mileseſſet; cecidit, in acie, dimicans, non inultus fatumque fato obiciens, mole preſſus, & multitudine circunuentus, non hoſtium virtute ſuperatus. è vita cedens, non ceſſit prælio, docens aliud eſſe mori, aliud vinci occũbens ſpei; viuit memoriæ, & raptus oculis mentium admirationi ſiſtitur; propoſuere quippè con-

templandum eius simulacrum in Aula Palatij Perusini hac addita inceriptione eius Coetanei; vt inuenirēt posteri celebrandū. Hunc tamquam homini,& mortuo dolore & lacrymis parētauit; Hunc tamquam Hæroi viuenti suorum gestorum victuro hoc qualecumque honoris monumēto non breui,vt sperat, intermorituro Perusia amans Patria, Veneti Senatus beneficentia in hoc imitata gratificatur, & pro viribus nominis satis ex sese celebris, & gloriosi consulit immortalitati.

Habetur in eius Simulacri basi positi in Perusino Palatio.

Horatius Camillius.

INter præclariores virtute militum Duces, quos secum Astorres Balionus ad Cypri Regnum tuendum pro Veneta Re-

pub.

pub. adduxit, Horatius Camillius adnumeratur; qui rerum preclarè gestarum meritis, ad eam militaris disciplinæ laudem peruenerat, vt in Federici Balionis munere, & paulò post in Præfecturã Mignagni Orciani de Macinarijs de quo dicemus præstãtissimorum Ducum in acie defunctorum, fuerit subrogatus, quę munera magna potius fortitudine, quam felicitate per eum obita fuerunt; eo enim Regno per sumam vim à Turcis capto, contra fas, fidemque præstitam Astorres capite obtruncatur, & Horatius in Turcarum manus captiuus Costãtinopolim deductus est, vbi ab illustri fæmina coemptus, tam grata, & fidelia obsequia ei præstitit, vt ipsi Viri huius virtute capta libertate eũ hac lege donauerit, vt filios suos, quos Neapoli captiuos factos, & seruos esse sciebat, redimeret, re-

demptosq; Costantinopolim remitteret; quos cum Horatius proprio ære, quod venditione prædiorum suorum collegerat, redemisset, eosdem multis honoribus affectos, Venetijs Turcarũ legato tradidit; & in Patriam reuersus, senio confectus, meritis plenus septuagenariusoccubuit. Disce Lector ferant licet membra catenas, & conpedes, Virtutem captiuam nunquam, semper in captiuo corpore liberam esse.

Hugo Barzius.

HVgo Barzius nobilem Matronam forma, & omnia bus animi dotibus præstantem nomine Blancam sic infeliciter amabat, vt perpetuo ipso decem annorum obsequio, & ingenti dispendio pecuniarum, quas profundere amatores tolent in se

ornandis, & domeſtica ſuarum amicarum familia demerenda, Numquam tamē obtinere potuit aut riſum ſpei aliquid ſpōdentē; aut ſuauem aſſenſum oculorum, aut denique oris habitum læſiorem. Decimo tandem anno ſub æſtatis initium, cum fæmina Virum ſuum illuſtrem equitem in Rus amæniſſimum ſuburbanum ſequuta ſe contuliſſet; Barzius nō procul ab ea Villa profectus ad aucupium, Falcone ad capturam dimiſſo circum agros, & ſubiectam planiciem, equitabat. Fortè ac Accipiter, quam auiculam captanda fefellerat, in Blancæ ſe hortubos recepit, & in arbuſcula ſub ipſis Blancæ oculis, quæ cum Marito de ſpecula celſiore ſpectabat, aucupium conſedit gemebundus; vt ego arbitror redire ad Dominum non audebat inglorius, & fortaſſe iram hominis metuens, eò potiſſimum re-

fugerat oratum auxilium: Hugo per puerum à Viro impetrat, vt se in hortum ingredi patiatur, & Accipitre in potestatẽ redacto, actis comiter gratijs, perrexit ad Villam, quam vltra eum locum tria passuum millia distantem incolebat. Eo digresso, Vir cum Vxore sermonem instituens, homo minimè suspiciosus, & fæmineæ leuitatis ignarus, cæpit Barzium laudare tam effusè, tam vehementer, vt Vxoris constantia, diu secum luctata, ceciderit tandem, & vltrò cum hominem amare cæperit, cuius preces lacrymasque contempserat. Ergo post triduum, Marito peregrè profecto, nec redituro ad dies paucos impatiens noui amoris, & flammæ, Mulier per ancillam expertæ fidei nunciat amatori, vt ad certam noctis horam præsto sit in pomario, quà tutissimus in ædes aditus patebat. Mirari Barzius

zius hanc tantam, tam inopinatam, & tam diù frustra speratam fortunæ indulgentiam, gratulari suæ costantiæ in amando, nec parui æstimare victoriam, quam sibi decennalis obsidendi labor peperisset; etiam Accipitri suo bene velle, qui tanquam deprecator accessisset ad Dominam, & de arbuscula lætum suo hæro attulisset augurium. venit igitur ad destinatum mutuis voluptatibus locum nocte vna tot annorũ incommoda pensaturus. Cumq; à fæmina statim inuitaretur ad vltimas, & nimium maturas Veneris fruges capiendas, decumbere hominem lectulo iubet, in quo prius ipsa decubuerat; nec cũctatur obsequi Barzius, depositoque pallio, sedens ceteras sibi vestes detrahere festinabat, sed inter exuendum, id homini accidebat, quod preproperè properantibus contingere solet vt

quanto celerius expedire se conaretur, tanto magis implicaretur indentidemque vnum nodum relaxans, & tres, quatuor adstringebat imprudens. itaque mor m trahit longiorem, quam cupi.bat. Interea duæ ingentes perturbationes animū hominis occupauerant, & æquis inter se viribus contendebant, vtri prius explēdi sui facultas daretur, Voluptas, & admiratio, nec dubiū, quin longè præferenda voluptas fuerit, si cōtinuò res per agi potuisset; cæterum mora perficiendi pospofuit voluptatem, & fecit admirationis causam meliorem, hoc magis, quod de illa nihil detrahi videbatur admiratione prelata, potius securitatem, ac suauitatem fruendi copiam putabat futuram, si prius aduersaria pelleretur ex animo, Nec id quidem iniuria, quoniam cor vrit admiratio rerum insperatarū, & qui-

& quiescere dubiam mentem nõ permittit. Quamobrem mox cubiturus, rogo te inquit mea Domina, vt hunc mihi scrupulum eximas, qui non nihil afficit animum, nec sinit ad plenũ frui benignitate, & indulgẽtia tua. Quęnã hodie ratio te impulit ad me vltrò arcessendum, quem contẽpsisti, & elusisti tãdiu? fac sciam, cui rei hãc noctem tam expectatam, tam insperatam referre debeam acceptam, & prius quam beas me, dic age causam beandi? tum illa occupasti petere, inquit, quod ego dicere gestiębam, & cubanti iampridem dixissem; Meus Vir tertio ab hinc die cum te aucupantem de fenestra conspeximus tam multa, & tam mira de tuis laudibus prædicabat, vt negaret esse alterum in Perusina Nobilitate, qui tecũ in omni virtutum, & morum genere conferri posset, quæ tam-

ampla Mariti laudatio quasi fax Cupidinea nouam flammam in hoc pectore accendit, aqua gelu partim consumpto, partim in lacrymis resoluto, tota illicò exarsi in amorem tui, & videbatur veniam amãdi dare, qui dabat caussam. Commotus est generosi animi pectus ad hanc narrationẽ, & magis Viri sincera laus, quam Vxoris nouus amor delectabat. Itaque moram nullam interponens, è lecto prosilit, quem iam intrarat, & heu inquit quantum, infelix, flagitium admissurus fui? Virum optimum, & mei sic amãtẽ impio vxoris amore per priorem odio ignominiam cõstuprare sum ausus; tantumnè facinus, non dicam aggredi; sed concipere animo potui, vt thalamum eius violare auderẽ, pro quo debui si opus foret vitam profundere? Ah magni Cęlitas non sinant, vt spem fallam de me conceptam,

ceptam, & pro insigni laudatione, referam contumeliam; nec dictum res morata, vestes resumit ęquè properanter, sed facilius, atque felicius, quam deposuerat, & doloris pænitentiæque stimulis concitatus qua intrarat erupit, vno tamen discrimine, quod cum impuras Veneris intulisset faces, fidei, ac pudoris integerrimam extulit flammam. Laudatoris optimi compensator egregius. quid suprà illibatam Coniugem ille rependeret, maius erat nihil; sic alienam Coniugem deperire cui non fuerat pudor, amator deindè spectabilis, quem amauit, perire noluit pudorem.

De eo Boncierius.

B. Fr. Humilis Ordinis S. Francisci.

HOc sit tibi quanquam breue Elogium loculentissimũ Frater Humilis, quod à pueritia ad verum tui ipsius cõtemptum deueneris, quod abdicata antiquę styrpis tuæ nobilitate, Diuo Francisco Perusiæ concionante, eius sequi vestigia, & inter septuaginta duos eius discipulos connumerari promeritus sis, & tui ipsius nomine abdicato, Humilis nuncupari volueris; Vt humilitatis Magistro, humilis discipulus re, ac nomine efficereris. Tu ergo ieiunijs, cilicinis vestibus, & dura corporis afflictatione veluti gradibus ad veram sanctimonię laudem peruenisti; Ideo IESV CHRISTI Redemptoris Nostri colloquio per-

perſępè frui tibi contigit, à quo viuendi normam accepiſti; vt ſcilicet cómunem duceres vitã, prauaſque conſuetudines, aliorumq; operum iudicia fugeres; quo viuẽdi genere ſanctè viuẽs, diuinarum rerum contemplationi ſemper intẽtus, miraculis clarus, Florentiæ in Cęnobio Sanctæ Crucis anno MCCLX. moreris, & in Cęlo vitę immortalis vſuram accipiſces.

De eo habetur in Chronicis Sancti Franciſci par, 2. lib. 1. Tuſſig. & Volſ.

B. Ia-

B. Iacobus Cerquetus Ordinis Hæremitarum S. Augustini.

VIros virtute, ac sanctitate conspicuos non modo laudibus prosequi, sed magno cultu, & veneratione suspicere par est; dum enim eorum gesta recolimus, ad eorum mores immitãdos pia ęmulatione vrgemur; quis enim est qui Beati Iacobi vitam, sanctitatemque meditetur, qui eam vehementer non admiretur, sibique stimulos ad virtutem addi non sentiat? is enim vix pueritiam egressus Diui Augustini ingressus est Claustra, in quibus ciborum parcitate, horrido cilicine vestis cultu, assidua Diuinarum rerum contẽplatione magnam sanctitatis famam

mam sibi comparauit; quam vt effugeret in remotiorem sui Ordinis Cęnobium se recepit paludibus septum, in quibus Ranarũ ingens obstrepentium numerus erat, quæ Sacerdotum aures in Diuinorum officiorum celebratione obtundebant. At eius auribus, quas immortalium spirituum concentus implebat, cænosarum animantium clamor inconditus non officiebat. Eius Cęnobij Prior B. Iacobum deprecatus est, vt Ranis illis præciperet, ne in futurum obstreparent; illicò Iacobus obedientiæ, fideique virtute plenus IESV CHRISTI nomine, Ranis illis pręcepit, vt à consueto strepitu in futurum desisterent, ne illius Ecclesię impedirent officia, mirũ dictu, ad tanti Viri vocem, clamosæ, ac stridulæ illæ Ranarum voces ad hunc vsq; diem tacuerunt, nec amplius exauditę sunt;

nec

nec mirum minutas bestiolas eius parere imperijs, qui alterius hominis tam dura imperantis, tā promptè peregit, & licet Ranarū ibi numerus adsit penè semper innumerus, earum tamen strepitus, & vox nullibi ab illa Ecclesia exauditur, magna Beati Iacobi laude: qui cum senuisset, in Patriam reuersus, miraculorum Cęlestiumq; munerum copia conspicuus, vitam, quam sanctè vixit cum Cęlesti beatitati commutauit; cuius sacrum corpus in Templo Diui Augustini sepultum, omnibus cultui est, ac obseruantiæ singulari. *De eo habetur in Chronicis Augustianorum.*

Iacobus Antiquarius.

IAcobus Antiquarius inter nobiliores bonorum literarum cultores nominis celebritate con-

conſpicuus, Romæ à Baptiſta Cardinali Sabello ab epiſtolis ſibi adſcitus, cum paulò poſt maioribus honoribus, & ſtipendijs à Ioanne Galeatio Maria Sfortia Mediolanenſium Duce, ad idem munus accerſitus eſſet, Romam dereliquit; quem Dux ille, virtutis, & honoris ergo, aureo diplomate, Ticinenſem, ac Mediolanenſem Ciuem adſcripſit, eidemque Gentis ſuę inſignia donauit, & in eodem teſtatus eſt, ſe tandem Virum egregium adinueniſſe multis anteactis ſęculis vehementer optatum, qui eximię dexteritati in pertractandis negocijs, candidam fidem, ſummamque doctrinam adiunxiſſet. Sed eo Duce è viuis erepto idē munus à Ludouico Fratre illi demandatum eſt; apud quem tā gratioſus extitit, vt non ſolum diuitiarum honorumque plurimorum, ſed Ducalium inſignium orna-

ornamento ſuerit cohoneſtatus; cui demum cum Italiæ, eiuſque met Ducis excidium, ſi Gallos in Italiam vocaſſet, vaticinatus fuiſſet, & ille fatali quodam influentis fortunæ motu prudentiſſimo ſeni optimè conſulenti preter conſuetudinem fidem non habuiſſet, ſibi,& Italiæ interitum molitus eſt. Sed quod mirum eſt, Ludouico Duce bonis omnibus ſpoliato, & in Galliam ad carcerem tranſmiſſo, Galli Mediolano poſiti, Antiquarium eius ſtatus Moderatorem, nouum veluti Archimedem vehemẽter venerati ſunt; adeo eius fides, & virtus, etiam apud hoſtes, venerationis locum ſibi vendicauit. Idem cum ſenuiſſet, in Patriam reuerſus, clericali dignitate inſignitus eſt. inter eius egregia geſta Collegium Gregorianum diuitijs locupletauit, quibus ſtudentium numerus ab ſuis Nepotibus

tibus proponendus, augeretur. Volumen Epiſtolarum, Orationum, Epigrammatum in ſuæ doctrinę, prudentięque monumentum edidit, qui ſe met conſiliorum veluti Apollinem alterum Delphicum diutius conſeruare alijs non potuit.

De eo habetur in Hiſtorÿs Criſpolti, & Ciatti.

Innocentius VII. Pont. Max.

RAſpantium Peruſię Ciuium ſuperbiam, & arrogantiam diutius ferre non poterant Nobiliores, & Populus Peruſinus; cum anno MCCCLXXI. excitato noctis tempore in Ciuitate tumultu, Populares arma capere per Vrbem conglobati furere, Raſpantium domos inuadere, incendijs omnia miſcere viſi sũt;

itaue

nonienſem Epiſcopum cum cõmenda Rauennatenſis Eccleſiæ, & paulò poſt Theſaurarium ſuũ, ac Viceeamerarium renũciauerit; demum proſperis adhuc fortunę velis efflantibus virtutum meritis. Licet Vrbanus è viuis exceſſiſſet, eius tamen ſucceſſor Bonifacius IX. in principio ſui Pontificatus Coſmatum Cardinalem titulo S. Crucis in Hieruſalem creauit; quo in munere ita ſe geſſit, vt Bonifacio mortuo decimo nono vacantis Sedis die ſeptem Cardinaliũ ſuffragijs tũc in Conclaui exiſtentium (quod antea nunquam acciderat) Coſmatus XII. Kal. Nouemb. Pontifex Maximus electus, atque Innocẽtius VII. vocatus fuerit. Hic planè virtutum gradibus ad ſummam cõtendiſſe dignitatem viſus eſt; & in eo Vaticani Cęli faſtigio cum Solis inſtar gratus omnibus effulgeret, cum vitæ inno-

Iacobus à Pinna.

IAcobus è Gente, quæ quondam Archipresbyterorum, nunc Pinniorum vocatur, plura stipendia varijs militię muneribus à Pōtificibus summis, à Florentina Republ. & ab Aragonēsibus Regibus adeptus est; ita, vt in Patriam reuersus, auro & gloria ditatus, summo in honore fuerit. Cumque bellicarum gētium ex Germania venientium Patrię inuasio immineret, Perusinus Senatus suum collegit militem ad tanti furoris impetum reprimendum, expellendunque: Cuius exercitus omnium approbatione Dux electus est Pinnius, qui tanti pondus muneris bene aduertens, copias magna celeritate ad Patrię ditionis fines admouet, per quos hostes transituros credebat; ibique vallis e j

xer-

xercitum munit, & firmat, militumque numero in insidijs posito, turmas alias ad prouocandos hostes pręcurrere iubet; quæ ea virtute, ac felicitate satis munerisuo fecerunt, vt hostium magno numero trucidato, reliqui, vt mortem effugerent, in turpem fugam se conijecerint, tanto Patriæ commodo, & Iacobi laude, vt in ea cum exercitu rediens, Patriæ Conseruator fuerit omnium plausu vocatus.

De eo Pellinus, & Ciattus in Historiis Perusinis.

Ioannes Episcopus Perusinus.

IOannes Perusiæ Episcopus anno à Christi Natiuitate DLV. ex Anastasio Bibliotecario, & Luitprando, cum Bono Episcopo Ferentini, & Andrea Pre-

Presbytero Ostiensi cōsecrauit, mortuo Vigilio in Summū Pontificem Pelagium; eodemq; Perusię Episcopatum gerente hęc Ciuitas à Longobardis Italiam deuastantibus capta, & direpta est. indito in perpetuum Ducatus nomine, nec tamen Episcopus de suo loco exturbatus est tanta erat Viri huius virtutis, & probitatis fama.

De eo Franciscus Petrarca in vita Pelagii, & apud Baronium in Annalibus, & Ciattum in Historiis Perusinis. & Mariottellum.

Ioanna Angeletta Capuccinarum Fundatrix.

AEternis laudum Encomijs celebranda est virtus Ioānnæ Angelettæ, quæ Angelico spiritu non dum tertio ætatis lustro

completo ieiunis, cilicinis vestibus, carnisque maceratione ad cā vitæ sanctimoniam peruenit, vt nouę Capuccinarum Religionis virili planè animo iecerit fundamenta; nam comunicato tantæ molis negocio cū primarijs quibusdam Matronis Perusinis, atque cum Fratre Ægidio Tursiaņensi Capuccinorum Ordinis eximiæ Sāctimoniæ, & authoritatis Viro, qui annuente Deo, non solum tantum opus probauit, sed fouit, & promouit, legibusque firmauit, & ne opus hoc Diabolica aliquando fraude connueret, illi benè consultum existimauit, si Confraternitati Iustitiæ ipsum committeret; & cum iam centū quinquaginta Virgines Perusinæ enixè flagitassent, vt inter has nouas Moniales admitterentur ad habitum Capuccinarū suscipiendum; Hieronymus Comitolus vnus ex Iustitię Confratribus Ro-

mam missus est, qui à Summo Pont. Paulo IV. non solum Religionis huius approbationem; sed eiusdem etiam Confraternitatis Domus, & Horti pro Monasterij erectione trāslationem, etiam ab inuita quadam Domina, cum plenissimo Iubileo obtinuit. Itaque anno MDLVI. Cardinalis Fuluij Cornei Perusiæ Episcopi iussu in sacra Diui Laurentij primaria æde Ioanna cum alijs viginti sororibus Diuę Claræ Regulam professæ sunt, rigidumque Capuccinorum habitū, toto plaudente Populo, susceperunt, & Ioanna Ordinis huius Institutrix, aliarum antesignana, ingenti animi lætitia Monasteriū quod Cardinalis Fuluius magna celeritate erigendum curauit, ingressa est; Nouumque beatarum Virginum Seminarium erectum est, ex quo veluti ex Equo Troiano Summorum Pōtificum ius-

su plures postea Moniales eductæ fuere, vt varia per Italiam instituerēt Monasteria magno Christianæ Religionis fructu, & ingēti Angelettæ laude, & commendatione.

De ea habetur in antiquis manuscriptis eius Monasterij.

Ioannes Alexius.

POtuit ergo militaris disciplinæ decus, roboris exemplar, fortitudinis ornamentum, Ioannes Alexius ab insana membrorum proceritate Vulgò Fronte-spicio dictus, immatura morte extingui? ò casum Patriæ nimis acerbum, ò calamitatem deflendam. Hæc de Ioanne non splendidè, sed verè dici sentiet is, qui reputare secum animo velit eximiam eius in rebus arduis fortitudinem, singularem in conficiē-do celeritatem, maximum in de-

cer-

cernendo cōſilium quare dignus ſanè eſtitit cui extincto Alphonſus Neapolitanorum Rex lacrymis parentaret; nimirum nō potuit non eum proſequi luctu, cuius (quod olim de ſe iactabat Macedo) non annos, ſed victorias numerabat; quarum præmia quanta fuerit, cùm per ſingula ire non liceat, ex conceſſo à Ladislao Rege ſtemmate gentilitio facilè intelliges. Militaris diſciplinæ Bracchio Preceptore didicit triumphis potius, quam ſtipendijs; teſtetur munitiſſima eo tempore Aſſiſij Arx, quam comparata militum manu præcibus Comitis Frāciſci de Rubeis ingenti cuſtodientium militum cęde potius, quam pugna facta debellauit; quod Eugenius IV. Pōtif. Max. & Peruſini Ciues ægrè ferentes triplici legatione etiam Propinquorum qui hac de cauſa in carcere detinebantur, Ioannē

orant, vt ab incepto desistat. At num metu ille perculsus conatu desistit? quin potius in maiorem euasit audaciam; neglectis enim legatorum siue præcibus siue iussis; se cum amicis ad Vrbis, Arcisque defensionem miro ausu contulit, fortiterque Perusinorũ militum ad eius Vrbis perniciẽ irruentium impetum repressit, ac retardauit; sed tandem cum per illustris fortitudinis exhibuisset argumentum, desertus ab omnibus, multorum vi oppressus Ciuitate cessit; neque animo deficiente, rursus ad Arcis defensionem sese recepit, ibique cõpluribus militum incursionibus factis, strenuè dimicando, ingenti ante se militum interfectorum aceruo facto, pluribus confossus vulneribus, tãdem ab aduersarijs fuit non inultus deprehensus, & in Patriã semiuiuus adductus, omnium cõmiseratione capite dã-natus.

natus. Heroina virtus gloriosiori digna spectaculo. Vtinam meliorem nactus fuisses belli aleam Ioannes, cum tam fortiter Martis impetum nó sustinuisti modò, sed repressisti; fuerit hoc fortitudinis, illud fortunæ, quæ licet inuida semper, & inimica Virò forti, frustrà tamen nititur; nam inuicta tua mens summorum Virorum cohonestatur iudicijs, suffragijs confirmatur, commendatur præconijs.

De eo Pellinus, & Ciattus in Historijs Perusinis.

Ioannes Andreas Balionus Episcopus Perusinus.

IOannes vt gloriæ suæ firmum iaceret fundamentum bonarum Artium cursum instituit; ob egregium verò ingenij acumen vel in primo enascentis sapientiæ

lucis ſubluſtri crepuſculo lux enituit meridiana; vt vernans in flore adoleſentis ſapientiæ maturitas Autumnalis magnam in ſpem Balioneæ, & Peruſinæ gloriæ venerit, & in equeſtrem relatus ordinem, Seruatoris Noſtri Præfectus fuerit ſepulcro; talemque ſe geſſerit, vt viſus ſit humanæ conditionis exceſſiſſe commendationem, & omnium conſenſu, & cenſu ſingulorum Patrię Eccleſię ſelectus fuerit Arbiter; atque ita virtutibus excelluerit omnibus, vt ſingularis propemodum videretur in ſingulis. ædem primariam Diuo Laurentio dicatã magnificẽtiſſimè inchoatam nouæ, à veteri tamen haud aborrentis, ſtructuræ opera auxit; Bracchij ex Fortebracchijs Cadauer Pontificis authoritate expiatum, Roma delatum, in Diui Franciſci Templo humo mandauit; ſublatus è medio anno

MC.

MCDIL. naturalem quidem auram, ac lucis vſuram, ſed Ciuium beneuolentiam; aut factorum commmendationem, nequaquã amiſit.

De eo habetur in Hiſtoris Peruſinis, Criſpolti, Pellini, & Ciatti.

Ioannes Baptiſta Borbonius Montis S. Mariæ Marchio.

IOan. Baptiſta Barbonius vna cum Camillo, & Franciſco Fratribus ipſo iuuentutis flore, in Belgas profectus eſt ad reprimendam Hæreticorum à vera Fide, & legitimo Rege rebellãtium contumaciam; ea virtute ſub Alexandro Farneſio prima militiæ tyrocinia exercuit, vt meritorum veluti gradibus, ad plurium turmarum equitum Præfecturam aſcenderit, quam ma-

gna cum laude duodecim annorum ſpacio, quibus ibi moratus eſt, varijs prælijs, & aggreſſionibus exercuit, in quibus optimi, ac prudentiſſimi Ducis nomen conſequtus eſt; itaut mirari non liceat, quod Veneta Reſpub. tanti Viri virtutem ſubadorata, magno illum ſtipendio in ſuorum militum Imperatorem elegerit; ex quo munere, cum magnam gloriæ, ſegetem: & ex aleæ quoque ludo Venetijs magnam pecuniam, collegiſſet, Marchionatum Plani Caſtagnani pro primogenitis Nepotibus coemit, ætateque ad decrepitatem iam ſurgente, magno eius Reipub. dolore occubuit anno MDCIII. ita vt Cætus ille clariſſimorum Patrum non Ciuem ſibi ſublatum, ſed libertatis ſuæ Conſeruatorē deflere videretur.

Ioan.

Ioan. Baptiſta Laurus Vrbani VIII. intimus Cubicularius.

IOan. Baptiſta Laurus Protonotarius Apoſtolicus Vrbani VIII. Summi Pontificis intimus Cubicularius, & Sacro Cardinalium Collegio à Secretis, Vir non ſolũ de Philoſophia, Aſtrologia, & Theologia, ſed etiam de politiori literatura, & Poetica optimè meritus; quod opera ab eo varijs de argumentis conſcripta apertè teſtantur, nempè de Sacro Beatæ Virginis Deiparæ Annulo pronubo, de fabricatione Calcis, de Victoria Sancti Leonis Papę I. aduerſus Attilam, de Vita S. Marię Egyptiacę, necnon libris tres Syluam variorum Poematum, & Epigrammatum, Epiſtolarum Centurię duę,

liber de Viris Illuſtribus ſui tẽporis Horcheſtra nuncupatus: Peruſinorum Cronicorũ nõdum impreſſum, aliæque complures lucubrationes penes hæredem Alexandrum Baleſtrinum I. V. Doctorem relictæ; ita monumẽtum exegit ære perennius, & in ipſis cineribus illuſtrem reliquit flammam, vt virtute ſuis in monumentis ſuperſtite clariſſimus poſteris omnibus effulgeret. Obijt Romæ an. MDCXXVIII. dum ex eius ingenio, & eruditionis meritis dignitatum maiora incrementa ſperabantur.

Ioannes Baptiſta Dantius.

ADmirari iam libet Ioannem Baptiſtam Dantium Peruſinæ Vrbis Dædalum, qui cum Mathematicis ſtudijs plurimum inſu-

insudasset, præexcellentis ingenij acumine, preter multa de suo in ea facultate inuenta, Alarum remigium debita corpori suo proportione aptauerat, illoque ad benè volandum concinnato, eius periculum non semel in Transimeno lacu fecerat: cumque voluntati suę optimè respõderet. De hoc etiam publicè experiri Perusiæ constituit; atque cum in hanc Vrbẽ magnus summorum Virorum Cœtus ad solemnes Ioannis Pauli Balionis Sororis Nuptias conuenisset, quę Bartholomæo Aluiano strenuissimo Duci nuptui tradebatur, & frequens Populus ad hastĩ ludium in magnam Plateam conuenisset, eccè sibi repentè ex altiori nostræ Ciuitatis parte ingenti sibilo per aera volantem Dantium pinnis varijs inuolutũ, magnoq; alarum remigio supra Plateam transeuntem, tanto om-

nium

nium ſtupore, atque non nullorum etiam timore, vt Monſtrum aliquod magnum, ac portentoſum videre crederent: At ille ſui ſublimitatem ingenij, dum humili ſolo relicto, membris etiam in aerem ſublimem elatis aſſequi contendit, fortuna tanto auſu indignata, ferrum, quo ſiniſtra Ala regebatur inuida perfregit, & Dantius alterius Alæ auxilio corporis molem ſuſtinere non valens, ſupra Sanctæ Mariæ tecta prouolutus cecidit, & magnoque ſui, omniumque dolore crus offendit: Hunc poſtea valetudine confirmatum, Ioan. Paullus Balionus, vt Mathematicum inſignem cum honore, ac ſtipēdio magno Venetias ſecum adduxit, vbi digito ab omnibus, vt quondam Demonſthenes, indicabatur, proque Viro admirabili ſuſpiciebatur ab omnibus, qui ingenij acumine homines

quo-

quoque volare posse docuisset; at non dum quadragenarius dira febri correptus meritorum suorum pennis tutius, quam mentitis viuẽs alis ad Cælestia, vt sperare licet volauit an. MDXVII. *De eo habetur in antiquis manuscriptis.*

Ioannes Franciscus Camenus Eques, & Poeta laureatus.

NAtura non solum ad politioris solutæ orationis sciẽtiam, sed ad carmen genuit Ioãnem Franciscum Camenum Virum vndequaque præclarum, qui ad informandam bonis literis Perusinam Iuuentutem valdè intentus, Patrię beneuolentiam vehementer promeruit. Hic Epistolarum volumen elegantissimè scripsit, & edidit, aliudque latino-

tinorum carminum ea dulcedine, & maiestate consperſum, vt Peritorum consenſu, & approbatione Poetarum laurea, & Equestri ordine insigniri promeritus sit; sic sibi non temerè Cameni agnomen cōcaſſum docuit, quia scilicet Camenas valdè propitias, & familiares habitarus fuiſſet.

De eo Pellinus, Criſpoltus, & Ciattus in Hiſtorijs.

Ioannes Baptiſta de Vbaldis Blaſiani Comes.

IOan. Baptiſta Vbaldus Matthei antequam ad Romanam Rotā vocaretur ex legitimo matrimonio filius, Matris Balionæ genium potius, quam Patris ingenium ſequutus, poſthabita toga, ſagum induit, & pro calamo gladium ſumma cum virtute tractauit;

ctauit; carus idcirco Principibus, Principes obtinuit militiæ dignitates. In equitem primum à Leone X. Pont. Max. adoptatus Blasiani oppidi Comes cum mero, & mixto imperio renunciatus est. Sed virtute crescente quasi, cum maiore corporis moles, maior quoque honoris vmbra succreuit. Eligendis militibus vniuersæ Pontificiæ ditionis iussus est Comissarius Generalis; paruit, ac mox eo militum delectu nō grassantes solum per Italiam exules oppressit, sed Vrbem quoque Patriam ab Vrbini Ducis conatibus tutatus est. Bono homine dimicabat Patria, siquidem ab homine planè optimo propugnabatur. Conuerso mox ab hoc hoste in Ducem Borbonium gladio; dum ille Romam iturus Perusinū agrum peragrare cum exercitu festinabat, murum, ac moram Vbaldus obie-

cit,

cit, vt in tanto itinere nihil grauius hostis acerrimus senserit, quã tractus excedere Perusinos: forti dexteræ summam coniunxit animi dexteritatem. Ea de re multis functus egregiè legationibus, non præcipuorum tantummodo Ciuium dissidia, sed Cardinalem etiam à Mõte, qui mox creatus Pontifex, Iulius III. dictus est, cum Malatesta Balionio mira prudentia, industriaque cõposuit. illud tandem effecit, vt sapientis cognomen adeptus, cũ antea strenui militis, ac Ducis sibi gloriam comparasset, reliquerit omnibus in ambiguo, armisne plus præstiterit, an sapientia: verum hoc incertũ cum sit, immortalitatem vtroque nomine consequtũ esse, id omnibus certissimum est.

De eo Pellinus, & Ciattus, & Crispoltus in Historijs.

Io. Baptiſta Aurelius Dux Militum.

QVam intueris imaginem, Ioannis Baptiſtæ Aurelij ferocem, ſeueram, cogitabundã, hæc tibi ſatis, ni fallor præmaturam Iuuenis prudentiam, at non ſegnem, ardorem animi, at non præcipitem, referre poteſt; Ioannis Gregorij ſummi Ducis eius ex materno latere propinqui vulgò Citolus nuncupati non abſimilem. Is ab ineunte ætate optimis imbutus diſciplinis, in ipſo literaturum ocio Martis negocium mirè ſemper expetere viſus eſt; vix dum puber, egregiũ fortitudinis ſpecimen, atque audaciæ edidit quãdo cum quodam eiuſdem ætatis adoleſcente in ipſo foro ex prouocatione congreſſus ab eius aſſeclis nõ minus

ſep.

ſeptem circumſeſſus, & enſium iuxta, ac ſcloporum ictibus appetitus, ictus omnes mira arte, ac dexteritate eluſit, poſtque ſatis longam concertationem, ex his vnum tranſuerberatum occidit, reliquos in fugam vertit. ex indè Patria profugus (quamquam ipſo leui pena ea cauſa multato, capitalis ſententia in inimicum tanquam rixæ authorem lata fuerit) Gradiſcam Carniorum oppidum, quod tum fortè Venetorum armis aduerſus Ferdinandum, poſtea Cæſarem, obſidebatur, acceſſit, atque Horatio Balionio de quo ſupra diximus, qui pro Venetis ſtabat, ſe ſe adiunxit; Is Iuuenis indolem atque ingenium odoratus, eum ſibi ab epiſtolis adſciuit, Militarium interim munerum ipſo permiſſente haud quaquam immunem: id bellum, vt Balionio, qui fortiter occubuit, ita Venetis, qui

qui obsidionem soluere coacti sunt, nequaquam feliciter cessit. Ergo Aurelius in Patriam reuersus silentibus vbique in Italia bellorum motibus, aliquot annorum ocium impatientissimè tulit: ad Musas nihilominus reuocari sese haud grauatè interim passus est. Demum cum Gregorius XV. Pontifex ad axtinguendum in Italia incendium, & Regum inimicitias componendas, Vallis tellinæ Insubrum oræ ad Abduam oppida depositi nomine recepisset, legione inibi Pontificiorum militũ custodiæ causa collocata, Aurelius in ipsa profectione signifer à Tribuno Cæsare Scotto dictus, haud ita multò post Cẽturiæ simul, ac Riuensi Arci Prçfectus est. Eius ore Populi Rhetiorum, quibus subdebantur iugo excusso, in libertatem sese Hispanorum armis vendicarant. Rhetij Gallum im-

implorauerant, qui dum pax honestis conditionibus componeretur author fuerat depositi penes Pontificem faciendi. Verum recuperãdę Rhetijs pristinæ possessionis impatiens Gallus, Vallem adortus, illius Oppida munita æquè, ac hostibus obnoxia, dicto citius adeptus est, vna excepta Riuensi Arce, cui Aurelius præerat. itaq; cum reliquas omnes Arces, atque Oppida non integro Mẽse, aut expugnasset, aut deditione recepisset, vnius Riuẽnsis Arcis obsidioni, atque oppugnationi per annum ferè immoratus, eam nunquam vi, aut arte capere potuit. Hinc celebre profectò nomen, nec minor in eum omnium amor, in primis Summi Pontificis Vrbani VIII. (is Gregorio successerat) qui de illo loqui, de eo audire, siue per eius literas, quas sibi perlegi omnes iusserat, siue per aliorum ora

admo-

admodum delectabatur, dum maximæ pacis leges, quę mox sancita est, scribebantur. Autũnali eius Cęli grauitate Aurelius dira febri correptus, in ipso Iuuẽtutis flore anno MDCXXVIII. extinctus est, militum, & Arcis Pręfectura Claudio Fratri Pontificio iussu statim delata.

Ioannes Paulus Alexius Societatis Iesu.

QVis quis Diuini vim amoris ignorat, Ioannem Paulum Alexium contempletur, viuam in cuius pectore flammam, ne ipsę quidem Oceani vndę extinguere potuerunt; tam illustre charitatis incendium obscuram esse non sinit pręstantiam animi tui. vixisti vegeto calore, ac spiritu Societatis Iesu, vt omnibus prodesses; parum; obis ipse, vt Bar-

Barbari Christianæ lucis aura perfruantur ijs in oris, in quibus exoritur luminum pares, ac priceps Sol; moreris; erraui; nasceris potius sine occasu tamen lucis, & nominis. anno MDC.

Ioannis Petrutius Montesperellius I. V. D.

INter salutaria Perusinæ Academię lumina Ioannes Petrutius eximio ingenij acumine, eximiaque doctrina effulsit. Hic politioribus literis imbutus Philosophię studijs viuidum ingenium excitauit, & acuit, veramque legum Philosophiam breui temporis spacio optime lustrans, doctoratus laurea in ea facultate decoratus, è publico suggestu magno audientium plausu, & fructu, eam pluribus annis docuit; legum prætereà commentaria,

Tra-

Tractatus,& Consiliorum Volumina plura scripsit, quæ vna cum vnica Filia Petro Filippo Corneo Genero suo Iuris consultori peritissimo , de quo diximus in prima Centuria, suæque hæreditatis bona omnia tradidit, & ex hac vita magno omniũ dolore migrauit, anno MCDLXII.

De eo Pellinus, Crispoltus , & Ciattus in Historiis Perusinis.

Ioannes Thomas Giliolus Philosophiæ, I. V. & Sacræ Theologiæ Doctor.

ENituit in Ioãne Thoma Giliolo supra oris,& corporis dignitatem, eximius vitę integritatis candor , singularisque modestia præexcellenti rerum omnium doctrinæ presidio, eruditaque eloquentiæ profluentia exorna-

ornata; cuius etiam longè lectissim, pręclaris disciplinarum omnium luminibus illustres Giliolum tam conspicuũ reddiderunt, vt Paulus V. Pont. Max. Virum hunc, vt eximium Theologum, & in omnibus verè Cœnobitam, Cardinalis Millini testimonio, inter Purpuratos Patres adlegere constituerit; sed destitit vt audiuit eum nobili Montesperellorum Coniugij vinculo alligatum esse, quo sibi ad magnæ dignitatis gloriam consequendam viam, præclusit; ipse vero sua sorte cõtentus viuidum ingenium perpetua vitæ innocentia, & salubre corpus hilari frugalitatis præsidio alens, nec auri, nec auræ ambitione irretitus, ad aliud quam, ad Philosophiam priuatim, & publicè in Patria docendam, & ad libros varijs de rebus exarandos contendit; ex quibus veluti ex vberrimis sentẽtiarum viridarijs

quam

quam plurimi fructus à literatis viris colligi poterunt. Is cùm magno gloriȩ incremẽto per triginta annos in primaria Philosophiæ Cathedra vtillimè docuisset, iuxta morem emeritus, ad primariam Patauini Licæi Philosophiæ Cathedram magno stipẽdio vocatus, annuente Vrbano VIII. Summo Pontifice, per triennium ibi magno omnium plausu, & admiratione cùm docuisset, vacationibus æstiuis in Patriam, vt domesticis rebus cõsuleret, reuersus, diro morbo correptus, magno nostræ Vrbis, & Orbis dolore interijt VIII. idus Septembris MDCXXXVI. cum vixisset annos vnum de sexaginta, cuius nec studio ingenium, nec ingenio studium vnquam defuit; vna tamen modestia obfuit, ne inter primos ȩtatis nostrȩ Viros numeraretur; ita virtutem magis, quam gloriam coluit.

Fr. Ioſeph Roſſiolus de Corromanis Ordinis S. Franciſci.

IOſeph magna arctioris vitæ cupiditate incenſus, Diui Frãciſci clauſtra ingreſſus, ieiuniis, cilicinis indumentis, carniſque afflictatione, ſolida iecit ſanctitatis fundamenta, & excelſa ingenij indole Philoſophia, & ſacra Theologia perluſtrata, mentem ab ignorantię caligine purgatam illuſtrauit; & cum Superiorum iudicio ad bene dicendum, aptus videretur, Chriſtianique Oratoris in ſacro ſuggeſtu partes eximias haberet, per varias Italiæ Vrbes ad concionandum tranſmiſſus eſt; in quibus cum ex noſtro, veterique Teſtamento admirandos, reconditoſque noſtræ legis ſenſus mira ſermonis ſuaui-

tate

tate aperiret, vt Auditorum animos ad pietatem alliceret, Oratoris summi laudem facile obtinuit: & dum Venetijs sanctitatis etiam cum fama concionaretur, accidit, vt primaria quædam Matrona morbi grauitate valdè cruciata, Iosephum accerseret, summis precibus oraretque, vt ad se in lectulo ægrotam venire non grauiter ferret. Cui, cum votis annuisset, morbum ipsum, eiusque præsumptam causam aperuit, credebat enim diuina se indignatione ægrotare, quia penes se retinebat sacrum lapidem, in quo Sanctissimum IESV CHRISTI Redemptoris Nostri præputium circumcisum fuit, in quo pretiosissimi eius Sanguinis gutta ad hunc vsque diem apparet: quem sacrum lapidem Mulier obtulit Fratri Iosepho, vt digniori eum in loco collocaret, ne debita adoratione fraudaretur.

Ioseph ingenti animi alacritate, & reuerentia oblatum donum susc~~epit, Deo, ac Mulieri gratias plurimas agens, in Patriam statim Thesaurum hunc magnũ detulit: cui cum argenteum auro illusum Tabernaculum fabricari curasset, apud Montis lucis Moniales suimet Ordinis colendum deposuit. At indè ad Ecclesiam postea Diui Francisci de Monte translatus est, ob contemptum Monialis cuiusdam, quæ dubitans de Thesauri huius veritate, sacrum lapidem digito tangere non dubitauit: & lapis vt cera liquescens, temerarij digiti formam excepit; itaque in sanctiorem locum translatus, primo cuiuslibet Anni die in nostro Alexiorum Sacello, frequenti Populo, adorandus exponitur, & ob tanti Thesauri munus, Deo acceptum, ipsique Fratri Iosepho immortales gratias Perusia refert,

fert, tantique beneficij memoriã conseruabit ęternam.

De hoc habetur in Historijs Perusinis Crispolti, Pellini, & Ciatti.

Ioseph Nereus I. V. & Philosophiæ Doctor.

IOseph bonis literis imbutus, ingenij subtilitate æquales omnes ęquauit; hic poeticę vtriusque lingue, Græcarumque literarum eruditione summopere informatus, ingenti cura ad illud summæ glorię culmen cōtendit, ad quod literarum omnium cognitione cuiuscumq; disciplinę, Mathematicæ in primis, Philosophiæ, & Iurisprudentiæ, plurimo, & indefesso studio, & incredibili etiam memoria peruenit. Edidit Analecta, id est, prætermissa, ex quibus apparet mira ingenij

nij huius ſcientia; opus quidem ſalſa aſpergine periucundum, & graui ſtylo; & licet conciſa breuitate ſuboſcurum, tantam tamē eruditionis opinionē apud omnes aucupatus eſt, vt publicus in Patrio Gymnaſio Mathematicæ facultatis & mox Iuriſprudentię Præceptor euaſerit, & ex Cathedra ad Romanam Aulam vocatus, magnæ fuit apud Cardinalē Cobellutium, Virum vndequaq; eruditiſſimum, exiſtimationis. Cęſari quoque Gherardo Cardinali ampliſſimo adeo fuit gratioſus, vt eum ſemper in menſa, in ſtudio, in deambulando, in colloquijs ac demum in ſacro Conclaui adeſſe ſibi voluerit; in quo oblata occaſione ex Cellulæ vicinitate felicioris, in qua Cardinalis Barberinus degebat, qui mox Pontifex creatus Vrbanus VIII. dictus eſt; ad temperandos æſtiuos illos calores perſępè bo-

narum

narum literarum colloquijs futuri Pōtificis aures grauioribus implicitas recreauit; ita vt Vrbanus cum tantum Virum subodorasset, eum apud se detinere decreuerit; sed æstiuo, ac insalubri ardentis Caniculæ calore, ipsiusque Cōclauis angustia morbo correptus, exindè ad Cubile, & ex hoc ad feretrum, & ad Tumulum magno literatorum mærore translatus est anno MDC. XXII. lucubrationibus varijs relictis, & presertim Paradoxis quibusdam politicis, quę per amicorum suorum manus circumferūtur. Ergo quę illi fortuna ad maiora fastigia spem aperuerat, eadem, & spei, & vitæ stamina præcidit.

Iuus Coppolus I. V. C.

IVui nomẽ in fonte tulit Iuus, ſicut in fronte Roggerij Aui eximij Iuriſperiti prudentiam, & animi magnitudinem referebat; ideo legalis facultatis ſectator fuit aſſiduus, quam poſt optimarum literarum ſtudia ex animi alacritate ſuſcepit, vt non ſolum lauream doctoratus, ſed publicũ eiuſdem facultatis docendi munus magnę expectationis opinione promeritus ſit; cui cum optimè reſpondiſſet, ingentemq; nominis ſui famam per totam Italiã propagaſſet, an. MCCCC. XXXII. Romam magno ſtipendio, eo etiam quod acceperat in Patria, retento, ad Ius Ciuile docendum vocatus eſt. Idem Nicolai Piccinini ſummi Ducis in arduis negocijs à conſilijs extitit, & præſertim cum Nicolaus

Ar-

Arbiter electus fuerat ad dirimē-
da dissidia inter Ianuenses, & Sa-
uonenses. Hic Florentiæ, ac Bo-
noniæ Prętor, atq; Senarum bis
electus est; in quibus muneribus
tam honorificè se gessit, vt à Po-
pulo Romano bis etiam cum
honore adlectus fuerit ad Sena-
toriam dignitatem; Ideo honori-
ficis legationibus Patrię nomine
magna felicitate perfunctus, exi-
stimationi suæ magnum attulit
authoritatis incrementum; suū-
que nomen illustrius fecisset, si
commētaria varias in leges Co-
dicis, & Digestorum ab se scrip-
ta, vna cum Tractatibus, & præ-
lectionum voluminibus ab eodē
exaratis, quę vt Volphangus ait,
seruantur in Bibliotheca Anto-
nij Augustini, in lucem prodijs-
sent. Verum in tenebris latent,
vt vel ipsę tenebrę aliquid habe-
re illustre meritò glorientur. Se-
nio tandem confectus anno M.

CCCCXLI. diem suum obiuit; in incerto linquens, an exponendis pro suggestu, vel seruandis pro Tribunali legibus spectabilior fuerit.

De eo habetur in Historijs Perusinis Crispolti, Pellini, & Ciatti.

Lau

Laurentius Saluius Oliuetanorum Abbas Generalis.

LAurentius corporis animiq; dotibus maximè conſpicuus, nobili Saluiorũ Familię adſcriptus, maximũ virtutibus ſuis attulit ornamentum; Philoſophicis, & Mathematicis diſciplinis inſigniter inſtructus, ſapientiæ prudentiam adiunxit. Ergo ad Monaſteria gubernanda Abbas, & Viſitator delectus, rebus præclarè adminiſtratis, tantam optimi Gubernatoris laudem retulit, vt Ordine vniuerſo aſſentiente, generalem ad Præfecturam aſcenderit. Sedit ad clauum cum plauſu, & etiam de puppi diſcedenti acclamatum eſt. Iterum ſede, quod ſane euentu non ca-

rſiit:

fuit. Paulo enim post viuis erepto Oliuetani Ordinis Moderatore, Pontificio iussu, in demortui locum Laurẽtius subrogatus est. Obijt ętate iam graui, nec tamẽ ociantem Mors oppressit, praeerat siquidem Perusino Monasterio, cui à Monte murcino nomẽ est, cum desijt viuere.

Laurentius Spiritus.

Laurentius ob ingenij acumen, spiritumque, Spiritus nuncupatus, Hetrusco carmine Perusinorum Heroum gesta cõplexus est: dignus profectò, quẽ Patria laurea, vel extinctum exornet. Ex ijs, quorum gloriae suis carminibus prodesse studuit, Bracchium de Fortebracchijs, & Nicolaum Picciniuum maximè commendauit: illum Achilli, hunc Vlissi comparauit. Amor acuit ingenium, & in laudes eorum

rum, quos amamus, nunquã steriles ſumus. Copiosè cum cæteſorum facinora cecinerit Laurētius, Iacobi Piccinini funus defleuit vberrimè; nimirum hominem amauerat vnicè, ſub quo, & diu meruerat, & vicerat non rarò; extinctum deplorarunt Muſę.

De eo habetur in Historijs Pellini, & Ciatti.

Laurentius Oliuetanorum Abbas Generalis.

ORis maieſtas animi nobilitatem indicauit in Laurētio. Is adoleſcens humanarum voluptatum neglectis illecebris, Oliuetanorum in clauſtra ſe recepit, in quibus ad eam perſectioris Monachi laudem peruenit, quæ illum ad Monachorum Præfecturas euexit; itaq; Abbas

pri-

primum creatus est, deindè cum summam prudentiam in Monasteriorum administratione exhibuisset, ann. MCCCXCIII. frequentissimis totius Ordinis comitijs supremus Moderator renunciatus est. Is morum suauitate, ac lenitate, cum excelleret, Monachorum animos ad arctiores leges suscipiēdas illexit; Documentum vniuerso certè Orbi præclarum, Potentiores esse plerumque ad noua imponēda vincula clementiæ manus, quam impetus. Illud posterorum veneratione dignum de eo memoriæ proditum est. In Monasterio Mótis Oliueti maioris Turrim extruendam curabat, cum ex eius apice Cementarius præceps deuolutus est. Laurētius animam agētem cum vidisset, supplex ad magnę Matris Mariæ imaginem eo loco coloribus expressam procubuit; nec antea erexit sese, quam

quam morienti vitam impetrauerit. Agebatur ſalutis annus M CDII. cum virtutum omnium, & ſanctitatis ſplendore maximè conſpicuus iterum Abbas Generalis pronunciatus eſt; in eo munere occubuit nulli lugendus, quia humana reliquit, vt Cæleſtia adiret.

De eo habetur in Chronicis Oliuetanorum.

Leonardus Baleſtrinus Epiſcopus Coloſſenſis.

HVic ad inſulas, & Pontificias vittas aditum doctrina, pietaſque aperuere. Leonardus Baleſtrinorum Gente ortus Frãciſci Aſſiſiatis inſtituta puer amauit: ergo in eam Religioſam Familiam receptus, breui eas in Chriſtiana ſapientia, & ſancti-

mo-

monia radices egit, quæ suauissimos fructus polliceretur, quos postmodum etiam præstiterunt. Hic itē Raphaeli Cardinali Riario placuit conciliatrice virtute; per hanc in Iulij II. Pōtificis Maximi animum deuenit, ab eoque Colossensem Ecclesiam accepit, vt sacris in ea præesset. Ea in dignitate sic vixit, vt eam accepisse meritò suis virtutibus confirmaret. nam ore optimus, melior opere, non verbo docuit magis, quam exemplo. Rhodios obsidentibus Turcis, vnus diu feliciter consilio, voce firmauit; quem scriptores incomparabili memoriæ, ac facundiæ laude, Cineæ, Pericli, Cyroque, ac Mythridati comparant, aut præponunt. Vixit ingens gloria, maior fama, par sibi, humanis, diuinisque literis excultissimus. Obijt anno MD. XXII. plenus non tam annis, quā virtutibus; Vir planè dignus immor-

mortalitate, qui vna secum Patriam, gentem, sodalicium partæ à se gloriæ immortales scripserit hæredes.

De eo Giattus in Historijs Perusinis.

Leonardus Mansuetus Apostolici Palatij Magister, & Prædicatorum Ordinis Prior Generalis.

LEonardus ad pietatē natus, à pueritia optimis literis institutus, in Prędicatorum claustra se recepit: vbi ieiunijs, & dura corporis afflictatione, ex feruido Leone, in Agnum verè mitem euasit. In Philosophiæ, ac Theologię studij acriter adeo insudauit, vt earundem facultatum laurea insignitus, easdem pu-

publicè professus fuerit cum laude. Christiani verò Oratoris decus assequutus est inter primarios; magnique iam Vir nominis, famæque clarissimæ habebatur: Cum prestantiora sui Ordinis decora licet renuenti, vltrò delata sunt; sub hęc hominis doctrina, & solers industria Sixtum IV Pontificem Maximum in admirationem, amoremque pellexit, ab eoq; Sacri Apostolici Palatij primum Magister delectus est, deindè eodem iubēte, totius sui Ordinis comitijs renunciatus est Prior Generalis. Tantum Virũ inter Purpuratos Patres adscribere Sixtus cogitabat, cum Mãsuetus anno MCDLXXX. fato comuni cedens, pia Pontificis vota præueniens, quę illum vel vltro exposcere gloria inter mortales videbatur, ea feliciùs fruiturus inter immortales, vt spes est, euolauit.

De

De eo Pellinus, Ciattus, & Crispoltus in Historijs Perusinis.

Lucia Terzeria.

FÆminę quoque in his Elogijs locus erit, cui locum inter Heroinas virtus dedit. Fecruebat intestinũ Raspantios inter, & Nobiliores Perusinos bellum. cum pro Raspantijs militauit Sfortia Attendolus, bellica laude clarissimus. Is in statiuis Turciani, Perusinę ditionis in Oppido, cum esset, Luciam Terzariam honestis ortam parentibus puellam non forma magis, quam pudore conspicuam, amauit; amor ad nuptiales faces exarsit, duxitque Sfortia Luciam, & auspicatò; nam Lucia breui effecit, vt Sfortiana nobilitate dignissima crederetur. Sed illud eximium eius in Vrbem, Gẽtemque Sfortiam pręcipuè beneficiũ

fuit

fuit, quod ex Attendolo Franciscum Sfortiam strenuissimum, Mediolanensium Ducem, Alexandrum, Oddum, Carolum, aliosque primi nominis Heroes peperit; neque enim minus Reipubl. prodest, qui eius Hostes vincit, quam quæ parit per quem illa vincat.

De ea habetur in Sforziade.

Lucius Aemilius Sextius.

LVcius Aemilius ingenio, & studio aditum sibi ad Romanos honores aperuit, iudicio presertim illo, quo pro Caio Iulio Cæsare sententiam adeo feliciter dixit, vt in eandem Iudices reliquos pertraxerit: dignissimus cui deindè Augustus beneficium beneficio rependeret. Longa fame attritam expugnauerat tā-

dem

dem Augustus Perusiam, cum pœnas ob exceptum Luciũ Antonium Cõsulem exigeret à Perusinis, Ciuitatem incendio, Ciues trecentos ex Senatorio, & Equestri ordine neci ad Aram Iulij Cæsaris immolandos addixerat. Venerunt ad Aram Senatores, & inter illos Lucius Aemilius; tunc Augustus, Eximite, inquit, Lucium; ęqum est seruare eum, per quem Cęsar seruatus est; viuat, & intelligat, non fuisse à se beneficium apud ingratũ collocatum, cum Cęsarem Octauiano seruauit. Si plures essent qui gratum Augusti animum immitarentur, plures etiam essent, qui Lucij imitarentur beneficentiam: ingratorum hominum copia beneficiorum numerum in dies imminuit.

De eo Giattus in Historijs Perusinis.

Ludouicus Balionus.

HVnc habet authorem Balionorũ Familia inter Perusinas celeberrima. E Sueuiæ Ducibus genus trahens Friderico Romanorum Imperatore cognomento Aenobarbo consanguineo suo in Italiam copias traducenti pręsto fuit. Primorum Ordinum Ductor eidem Imperatori militaris disciplinæ peritissimo, adeo suam operam probauit, vt ille ex Italia discedens, Ludouicum delegerit, quem Perusinis sũmo cum Imperio præficeret. Ergo Vir omni laude dignissimus honestissima hac occasione Perusiæ constitit, & pręstantis Familiæ egregios pace, belloque Viros pariturę Caput fuit illustrissimum. Rempub. sapienter, & strenuè multos annos administrarat, cùm omnibus ma-

ximum

ximum sui desideriũ relinquẽs diem obijt extremũ anno post Virginis partum MCXIII.
De eo Ciattus in Historijs Perusinis.

Ludouicus Michelottus,

LVdouicus post Biordi Michelotti patruelis obitum, Raspantium partes contra Bracchianos conatus tueri professus est, illisque ad Castrum Collis in agro Perusino profligatis, Legatus à Conciuibus ad Bracchium missus est de cõcordia acturus, nihilq; honestum cum à victore impetrasset, maluit solũ vertere, quam seruire. Primum in Plebis Castrum, deinde in Sancti Sepulchri Vrbem se contulit: subindè trecentis suarum partiũ equitibus collectis, cum Carrariæ Comite, primũ Castellinam, deinde Asisium ab hostibus re-

cepit,& asseruit Pontifici. Interea Bracchiani Eugubium obsedere, deditionemque sperabant; cùm eò Ludouicus venit, confirmatisq; obsessorum animis, certam iam penè victoriam Bracchianis eripuit. Sequitur violatæ amicitiæ deplorandũ exemplum post nomen præclaris facinoribus partum: cum videretur Ludouicus inuidiam superasse, à quo minus reri poterat, discrimẽ vltimum subijt. Ibat Romam amicis aliquot stipatus: ex itinere fatigatus, cum quiesceret, ab illorum vno transfossus est, adacto per guttur gladio.

De eo Ciattus in Historijs Perusinis, & alij.

Ludo-

Ludouicus ex Comitibus Marſciani.

EXimiā fortiſſimi militis laudem rebus ſtrenuè geſtis ſibi cōparauerat Ludouicus Marſcianus, cum à Florētinis magno ſtipēdio, armorum Imperator renunciatus eſt. Iuſſus ab illis Oddorum factioni ad Patriam recuperandam præſtò eſſe, plura conatus eſt, quàm perfecit; ſæpius exulum reſtitutionem tentauit, ſemper à Peruſinis re infecta coactus eſt diſcedere. Ad Thraſymenum, vbi Romani ab Anibale olim cæſi ſunt, Oddorum plerique cum tādem cecidiſſent, Ludouicus paucis ex ſuorum numero deſideratis, exercitum ſaluum à Peruſino agro reduxit. Si Ludouici virtutē noueris, planè indignaberis fortunæ, quæ ra-

rò illi fauit.

De eo habetur in antiquis manuscriptis.

Ludouicus Aurelius I. V. & Sacræ Theologiæ Doctor.

LVdouicus Aurelius politioribus literis apprimè excultus, ad Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ ſtudia tanto animi, & corporis ardore incubuit, vt in magnã ſtomachi imbecillitatem cum incidiſſet, Medicorum ſuaſionibus à ſtudijs quieſcere fuerit coactus: tandem poſt dirum annorum trium morbum materna diligenti cura conualuit, & Iuris prudentiæ ſtudijs operam nauans, eius ſciẽtiæ, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ lauream ſuſcepit. Is ingenij acumine, ſtudiorumq; labore diſciplinas omnes,

nes, & præſertim Hiſtoriarum cognitionem, optimè calluit. Hic Turſellini Hiſtoriarum, ab origine Mundi compendium materno ſermone vulgauit: Hiſtorias defectionis Boemiæ edidit: Pompeij, & Germanici Tragœdias Latino primum, deinde Etruſco carmine ſcripſit, atque lucubrationes plures, ac erudia tiſſimas exarauit; ex quibus literatorum ingenia, ſi typis mandabuntur, magnam percipient oblectationem, ac vtilitatem. Hic Auguſtæ Bibliothecæ præpoſitus in auguſtiori loco eam reponendam curauit, quam magna compoſuit elegantia; & breui inter potiores Bibliothecas numerari poterit: in qua vtinam Ciues noſtri Atauorum ſuorum libros adhuc reconditos, eorumque lucubrationes reponere non dedignentur, vt æternum Patriæ ſint, eorumq;

Virorum, ac Generis monumentum. Hic idem Aurelius vnius anni ſpacio mira Latini ſermonis elegantia immenſa duodecim annorum Cardinalis Baronij Eccleſiaſticorum Annalium volumina in duodecim libros redacta, typiſque Romæ mandata, ab Vrbano VIII. Summo Pontifice perlecta, ita probata fuerunt, vt Viri tanti ſapientiam admiratus, magno eum ſtipendio inter familiares Cardinalis Antonij Barberini ſæculi huius Mœcenatis, Nepotis ſui, adſcribi iuſſerit. Hic idem librum de floribus à Patre Ioanne Baptiſta Ferrario Societatis Ieſu exaratũ non ita cuiuſcumque intelligentiæ peruium, Cardinalis Franciſci Barberini mandato, in maternum ſermonem breui temporis ſpacio redactum, typiſque commiſſum, magno omnium fructu nobis conſpiciendum dedit.

dit. Demum dum immensa Fratris Bzouij Annalium Ecclesiasticorum volumina temporum seriem Cardinalis Baronij prosequentia, in compendium redigere studet, & cum iam volumina quinque redegisset, laboris mole fatigatus, dum laborum, meritorumque suorum fructus præstolatur, cum iam illi ad maturitatem peruenissēt, ex hac vita magno literatorum Virorum, ac Summi etiam Pontificis dolore migrauit anno M. DCXXXVII. maximo autem Patriæ, & nostro, cuius beneuolentiam cum affinitate coniunctam ab incunabulis experti fuimus.

Ludouicus Senſius I.V.D. & Protonotarius Apoſtolicus.

LVdouicus Senſius, ne ſenſui ſe deditum præberet, politioribus literis, Philoſophiæ, & Iuriſprudentiæ ſedulam nauauit operam; teſtantur hoc variæ eius lucubrationes, non tam in poetica, quam oratoria facultate; teſtatur libellus ab eo ſcriptus de Hiſtoria hominis, eruditione, & ſententijs refertiſſimus; teſtantur demum variæ ab eodem ſcripta Conſilia inter Conſilia diuerſorum edita, quæ Authoris doctrinam, prudentiamque demonſtrant: Hic Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, & Apoſtolicus Protonotarius à Paulo III. Pont. Max. inter Peruſiæ Conſeruatores, & Cancella-

larius renunciatus est, in eodemque munere à Iulio III. confirmatus, multisque donis, gratijs, præturis, & honoribus insignitus, clarè docuit, Virtutem, vitæque innocentiam aditum sibi facile aperire posse ad honores. Legationes verò, quas persæpè ad varios Principes, summosq; Pontifices feliciter obijt, eius eximiam prudentiam, dexteritatemque in pertractandis negotijs demonstrant; eius demum in Patria existimationis obtinuit testimonium, quod in senectute vita functo omnium lacrymæ parentarunt Anno MDLX.

Ludouicus Ballotolus.

LVdouicus Ballotolus gregarius miles, è Patria egressus, per varios militiæ gradus ad eam bellicæ laudis gloriam ascendit, vt Centuriæ Dux, mox

plurium Centuriarum Præfectus fuerit; cumque per Italiam fortitudinis, & fidei plura fecisset experimenta, à Magno Hetruriæ Duce Cosmo I. ad sua stipendia vocatus, eius fidei, Chiapino Vitellio, cuius fortunam sequebatur, suadente, Helbæ Insulæ tuendæ ab imminenti Turcarum inuasione cura commissa est. Cui cum Insulæ surripiendæ Barbarussa Turcarum Classis Præfectus partem eius ad littus admouere vellet, Ballotolus Vallis munitùs, classem tormentorum bellicorum auxilio, non sine Turcarum ingenti cædæ reiecit; eademque virtute, & bellicæ laudis gloria Plumbinum postea defendit, non tam fortitudinis, quàm fidei testimonio, ac monumento amplissimo. *De eo Pellinus, & Ciattus vbi supra.*

Lu-

Ludouicus Cencius. I. V. D.

LVdonicum Cencium multa commendant; recenserem singula, nisi paucis relatis possem compendium facere cæterorum. Quæstiones de Censibus non maiori acumine, quã felicitate enodatas in lucem edidit ad publicam vtilitatem. Ex hoc labore tantum apud Iurisperitos authoritatis, tantum apud suos venerationis, tantum denique apud omnes gloriæ cõsequutus est, quantum multiplex eius operis editio breui tempore data contestatur. Sed Sapientiæ testimonium Prudentiæ adnectamus. Sæpius pro Patria ad Principes legatione functus perfecit prudentia sua, vt Perusina res apud Orbis Capita, non mo-

do honorificè, sed plane gloriosè haberetur. Ad hæc Corneorum, & Balionorum ditiones rexit integritate summa, solicitudine singulari. Obijt ætate confectus anno MDCXXXVII. & iam diu gloriæ maturus.

Lellus Martinellus.

LEllus de Martinellis, quos eosdem cum Martinellis credimus, militari laude nobilis ann. MCCCXXIV. à Senatu Perusino signifer electus, iussus est in Spoletinos militem cogere, & Guelphos Perusinis addictos, à Ghibellinis eiectos, Spoletum reducere. Forti viro nihil est arduum, & citò peruenit ad metã, qui virtutis alis euehitur. Lellus agrum Spoletinum ingressus, vno impetu cuncta diripuit; mox Spinæ, Camoræ, Montis sancti Castra deditione accepit.

Spo-

Spoletum obſidione cinxit, machinis cõcuſſit, demum intercluſo in Vrbem triticum inuehentibus aditu, Ghibellinos iuſſa facere coegit. Nona Aprilis die has leges victis dixit: expenſam in militem pecuniam Peruſinis rependerent: Guelphos Patriæ, ac bonis reſtituerent: Romanæ Eccleſiæ, & Peruſino Senatui vti ſubditi parerent: quotannis tributum Peruſiæ ſoluerent: ſericũ pannum die Herculano ſanctiſſimo Antiſtiti ſacro ad publicam hilaritatem, equorum certamini præmiũ deſtinatum darent. Sub hæc rebus compoſitis in Patriã laureatum exercitum triumphalis ipſe reduxit. Vrbem intranti Magnates gratulati ſunt victoriam, Populus plauſum dedit. *De eo Pellinus in Hiſtorijs Peruſinis.*

Marcus Antonius Oradinus Episcopus Vticensis.

INexplebilem sciendi cupiditatem in hoc licuit admirari: noctes, atque dies sapientiæ addixerat, assiduus in euoluendis Iurisperitorum lucubrationibus: quicquid Prudentes, vel de Cæsarum placitis, vel de Senatus consultis censuissent, animo commendarat. His artibus assequutus est, vt nemo eo cultior, nemo bonis artibus instructior in Patria haberetur. Subinde à Pio IV. Summo Pontifice Vticensis Ecclesiæ iubetur Antistes: commissam animarum procurationem tanta animi moderatione, tantaque disciplina exercuit, vt maiore dignus gradu cēseretur. Ergo Cardi-

di-

dinalis Gonzaga tunc Mantuæ Præſul neminem Oradino admi. niſtrandæ Mantuanæ Eccleſiæ aptiorem ratus, eundem, & oneris participem, & honoris conſortem adlegit: apud eos Principes accitam virtutis famam extendit.

S. Mannus.

NOn vnus ſacris faſtis Mannus adſcriptus reperitur: ex ijs aliquem Ciuem fuiſſe Peruſinum conſtans apud noſtros eſt fama: nec deſunt, qui Camaldulenſium inſtituta eum fuiſſe ſectatum velint. Celebratur in hanc diem extra portam Eburneam, ſecundo à Ciuitate lapide, Templum Manno dicatũ: quamquam & ante Mannum illud Templum ſtetiſſe cubitales literæ Hetruſcæ coronæ inſculptæ teſtantur. Non audeo in re anti-

rò illi fauit.

De eo habetur in antiquis manuſcriptis.

Ludouicus Aurelius I. V. & Sacræ Theologiæ Doctor.

LVdouicus Aurelius politioribus literis apprimè excultus, ad Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ ſtudia tanto animi, & corporis ardore incubuit, vt in magnã ſtomachi imbecillitatem cum incidiſſet, Medicorum ſuaſionibus à ſtudijs quieſcere fuerit coactus: tandem poſt dirum annorum trium morbum materna diligenti cura conualuit, & Iuris prudentiæ ſtudijs operam nauans, eius ſciẽtiæ, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ lauream ſuſcepit. Is ingenij acumine, ſtudiorumq; labore diſciplinas omnes,

nes, & præsertim Historiarum cognitionem, optimè calluit. Hic Tursellini Historiarum, ab origine Mundi compendium materno sermone vulgauit: Historias defectionis Boemiæ edidit: Pompeij, & Germanici Tragœdias Latino primum, deinde Etrusco carmine scripsit, atque lucubrationes plures, ac eruditissimas exarauit; ex quibus literatorum ingenia, si typis mandabuntur, magnam percipient oblectationem, ac vtilitatem. Hic Augustæ Bibliothecæ præpositus in augustiori loco eam reponendam curauit, quam magna composuit elegantia; & breui inter potiores Bibliothecas numerari poterit: in qua vtinam Ciues nostri Atauorum suorum libros adhuc reconditos, eorumque lucubrationes reponere non dedignentur, vt æternum Patriæ sint, eorumq;

Virorum, ac Generis monumentum. Hic idem Aurelius vnius anni ſpacio mira Latini ſermonis elegantia immenſa duodecim annorum Cardinalis Baronij Eccleſiaſticorum Annalium volumina in duodecim libros redacta, typiſque Romæ mandata, ab Vrbano VIII. Summo Pontifice perlecta, ita probata fuerunt, vt Viri tanti ſapientiam admiratus, magno eum ſtipendio inter familiares Cardinalis Antonij Barberini ſæculi huius Mœcenatis, Nepotis ſui, adſcribi iuſſerit. Hic idem librum de floribus à Patre Ioanne Baptiſta Ferrario Societatis Ieſu exaratũ non ita cuiuſcumque intelligentiæ peruium, Cardinalis Franciſci Barberini mandato, in maternum ſermonem breui temporis ſpacio redactum, typiſque commiſſum, magno omnium fructu nobis conſpiciendum dedit.

dit. Demum dum immensa Fratris Bzouij Annalium Ecclesiasticorum volumina temporum seriem Cardinalis Baronij prosequentia, in compendium redigere studet, & cum iam volumina quinque redegisset, laboris mole fatigatus, dum laborum, meritorumque suorum fructus præstolatur, cum iam illi ad maturitatem peruenissēt, ex hac vita magno literatorum Virorum, ac Summi etiam Pontificis dolore migrauit anno M. DCXXXVII. maximo autem Patriæ, & nostro, cuius beneuolentiam cum affinitate coniunctam ab incunabulis experti fuimus.

Ludouicus Sensius I.V.D. & Protonotarius Apostolicus.

LVdouicus Sensius, ne sensui se deditum præberet, politioribus literis, Philosophiæ, & Iurisprudentiæ sedulam nauauit operam; testantur hoc variæ eius lucubrationes, non tam in poetica, quam oratoria facultate; testatur libellus ab eo scriptus de Historia hominis, eruditione, & sententijs refertissimus; testantur demum varia ab eodem scripta Consilia inter Consilia diuersorum edita, quæ Authoris doctrinam, prudentiamque demonstrant: Hic Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, & Apostolicus Protonotarius à Paulo III. Pont. Max. inter Perusiæ Conseruatores, & Cancella-

la-

larius renunciatus est, in eodemque munere à Iulio III. confirmatus, multisque donis, gratijs, præturis, & honoribus insignitus, clarè docuit, Virtutem, vitæque innocentiam aditum sibi facile aperire posse ad honores. Legationes verò, quas persæpè ad varios Principes, summosq; Pontifices feliciter obijt, eius eximiam prudentiam, dexteritatemque in pertractandis negotijs demonstrant; eius demum in Patria existimationis obtinuit testimonium, quod in senectute vita functo omnium lacrymæ parentarunt Anno MDLX.

Ludouicus Ballotolus.

LVdouicus Ballotolus gregarius miles, è Patria egressus, per varios militiæ gradus ad eam bellicæ laudis gloriam ascendit, vt Centuriæ Dux, mox

plurium Centuriarum Præfectus fuerit; cumque per Italiam fortitudinis, & fidei plura fecisset experimenta, à Magno Hetruriæ Duce Cosmo I. ad sua stipendia vocatus, eius fidei, Chiapino Vitellio, cuius fortunam sequebatur, suadente, Helbæ Insulæ tuendæ ab imminenti Turcarum inuasione cura commissa est. Cui cum Insulæ surripiendæ Barbarussa Turcarum Classis Præfectus partem eius ad littus admouere vellet, Ballotolus Vallis munitus, classem tormentorum bellicorum auxilio, non sine Turcarum ingenti cædæ reiecit; eademque virtute, & bellicæ laudis gloria Plumbinum postea defendit, non tam fortitudinis, quàm fidei testimonio, ac monumento amplissimo. *De eo Pellinus, & Ciattus vbi supra.*

Lu-

Ludouicus Cencius. I. V. D.

LVdouicum Cencium multa commendant; recensere rem singula, nisi paucis relatis possem compendium facere cæterorum. Quæstiones de Censibus non maiori acumine, quã felicitate enodatas in lucem edidit ad publicam vtilitatem. Ex hoc labore tantum apud Iurisperitos authoritatis, tantum apud suos venerationis, tantum denique apud omnes gloriæ cõsequutus est, quantum multiplex eius operis editio breui tempore data contestatur. Sed Sapientiæ testimonium Prudentiæ adnectamus. Sæpius pro Patria ad Principes legatione functus perfecit prudentia sua, vt Perusina res apud Orbis Capita, non mo-

do honorificè, sed plane gloriosè haberetur. Ad hæc Corneorum, & Balionorum ditiones rexit integritate summa, solicitudine singulari. Obijt ætate confectus anno MDCXXXVII. & iam diu gloriæ maturus.

Lellus Martinellus.

LEllus de Martinellis, quos eosdem cum Martinellis credimus, militari laude nobilis ann. MCCCXXIV. à Senatu Perusino signifer electus, iussus est in Spoletinos militem cogere, & Guelphos Perusinis addictos, à Ghibellinis eiectos, Spoletum reducere. Forti viro nihil est arduum, & citò peruenit ad metã, qui virtutis alis euehitur. Lellus agrum Spoletinum ingressus, vno impetu cuncta diripuit; mox Spinæ, Camoræ, Montis sancti Castra deditione accepit.

Spo-

Spoletum odſidione cinxit, machinis cõcuſſit, demum intercluſo in Vrbem triticum inuehentibus aditu, Ghibellinos iuſſa facere coegit. Nona Aprilis die has leges victis dixit: expenſam in militem pecuniam Peruſinis rependerent: Guelphos Patriæ, ac bonis reſtituerent: Romanæ Eccleſiæ, & Peruſino Senatui vti ſubditi parerent: quotannis tributum Peruſiæ ſoluerent: ſericũ pannum die Herculano ſanctiſſimo Antiſtiti ſacro ad publicam hilaritatem, equorum certamini præmiũ deſtinatum darent. Sub hæc rebus compoſitis in Patriã laureatum exercitum triumphalis ipſe reduxit. Vrbem intranti Magnates gratulati ſunt victoriam, Populus plauſum dedit. *De eo Pellinus in Hiſtorijs Peruſinis.*

dinalis Gonzaga tunc Mantuæ Præsul neminem Oradino admi. niſtrandæ Mantuanæ Eccleſiæ aptiorem ratus, eundem, & oneris participem, & honoris conſortem adlegit: apud eos Principes accitam virtutis famam extendit.

S. Mannus.

NOn vnus ſacris faſtis Mannus adſcriptus reperitur: ex ijs aliquem Ciuem fuiſſe Peruſinum conſtans apud noſtros eſt fama: nec deſunt, qui Camaldulenſium inſtituta eum fuiſſe ſectatum velint. Celebratur in hanc diem extra portam Eburneam, ſecundo à Ciuitate lapide, Templum Manno dicatũ: quamquam & ante Mannum illud Templum ſtetiſſe cubitales literæ Hetruſcæ coronæ inſculptæ teſtantur. Non audeo in re anti-

ti-

tiquissima quicquam certi asserere: è nostris non pauci Templum illud à Noë constructum, Deoq; optimo fuisse inscriptum asseuerant. Vt vt res sit, Mannum quem eximia pietas, & sanctimonia Aris dignum effecit, non debui hic tacitus præterire: nefas erat, quem in vota supplices compellamus, ei laudis debitum vectigal negare.

Marcus Ant. Eugenius De Claramontibus.

COnsentiens litteratorum opinio, quæ longè, latèque percrebuit, M. Antonij Eugenij de Claramontibus exaggeratam virtutem laudatione breui comprehendi non sinit: elucubrata quippe luculentissima Consiliorum Volumina illiberaliter laudari vetant Scriptorem suum, quem absolutissimæ monumenta doctrinæ immortalitati commendant nominis. Docentem audiuit, & suspexit Italia, & ne abduceretur ex Vrbe patria, ciuicus, & popularis amor prohibuit. Eum exterarum Vrbiũ Patritij, quod

olim

olim de T. Liuio, lacteo sermone manante, ac de Roberto Bellarmino scriptore nostrorum temporum Eminentissimo narratur, adiuere non pauci; & admirati sunt adeo, famam augente præsentia, vt ab eodem, ad faciendam cogniti hominis fidem, scriptum testimonium postularent. Nobilitatem opulentam à Maioribus acceptam, & præcipuè Eugenio illo, qui non sine posteritatis inuidia, vel ipso Baldo spectante, ciuilis arcana veritatis è mentis adytis euulgabat, & per Melitensis Ordinis, & S. Stephani Equites illustratam, & Antonij Francisci Guelforum Ducis à Palettario nominari, Adriani, aliorumque bellatorum insignitam laureis, locupletiorem reddidit, & clariorem. Tot, tantaque, aliaque permulta præclaræ familię decora, Scriptorum magni

gni nominis consignata litteris, vnus coronauit M. Antonius, ad cuius ædes (vt meminit Ioseph Ludouicus) tanquam ad Apollinis cortinam, vniuersi, ob intaminatam hominis fidem, doctrinamque confluebant. Hunc ideò Alex. Farnesius ad causam Lusitani Regni difficillimã aduocauit: & Innocentius VIIII. P. M. Romanæ destinauit Curiæ Senatorem. Sed transcribi nobiliorem in Curiam ille maluit, Cælique clientem agere, quàm Terræ patronum: & quãuis tarda senectute, honorum plenus; visus tamen citò eripi. Optimorũ siquidem mors acerba semper, matura nunquam. Obijt anno Dñi M.D.XCIV. ætatis LXXIV. in æreo simulachro clarissimi Eugeniorum Sacelli superstes.

decis. Perus. 47. n. 16.

EPI-

EPITAPHIVM M. ANTONII EVGENII in ærei Simulacri base propositum.

Qui viua Defunctorum Elogia
curiose lustras, hic mane;
Et quid amici te Manes moneant,
Paucis accipe.
Qui sim, melius nostra Consilia
si consulas,
Quam ex Me, scias.
Quibus, Fallor? An hæc hupera
Vetusti Cineris
Marmora perennitatem ominantur?
Anno M. D. X C I V. Legationum
obitionibus,
Oppidorum administrationibus,
Iure partis opibus,
Mascula prole inclytus,
Septuagenarius huc pene à suggestu
ingestus.
Hinc rursus Septimij Filij
Nûc primi, postremiq. superstitis cultu
Positis exuuijs, aliquot post lustris
Rediuiuus Interpres doceo:
QVI PROFVTVRA, NON
QVI MVLTA SCIT,
SAPIT.

Marcus Antonius Barto-linus. I. V. D.

MArcus Antonius Bartolinus, Iuris Interpres, & Consultor optimus, eruditione varia cultissimus, apprimè probus, ac pius, vbique latè fama, factisque notissimus, ad Paulum Tertium Pontificem à Ciuibus salis pretium denariolo auctum detrectantibus, sapere seratis renunciatus Orator, annuit, ne solus desipere videretur. Feliciter exorsus communẽ causam plaudente Populo, infeliciter vitio nõ suo, perorauit: donarijs inde non alijs auctus, quàm exilio, & honorificæ legationis præmium in pęnam cessit relegationis. Ianuę & Lucæ, non exulis, sed Ciuis in modum, primario munere exceptus, Rotæ Auditor egit, vtrobique

que pari laude; inde opibus meritisque cumulatior, paternis tādem laribus restitutus, tres vno Ciuitates beneficio complexus Ianuensium, Lucensium, & Perusinorum iuuentutis cōmodo, si superet, Sapientiæ Collegium ab suo nomine excitauit, anno Domini MDLXXV. Obijt annorum LXXII.

Marcus Antonius Seuerus. I.V.D.

MArcus Antonius Seuerus, tam seuere egit contra voluptatum illecebras, quàm amicè, & perhumaniter cum virtutibus, & politioribus literis. Is plures magno audientium, non modo plausu, sed fructu, in Patrio Gymnasio Ius ciuile docuerat, cum Sixtus V. Pont. Max. in Firmanam Academiam eum

tran.

transtulit. Cum enim humanissimus Pontifex, vt singulare aliquod suæ in Firmanos, quibus præfuerat Antistes, beneuolẽtiæ argumentum daret, Gymnasiũ iam olim in illorum Vrbe à Bonifacio VIII. instituti tutum, sed temporum iniuria collapsum, iam tunc restituisset; vt felicius iterũ nata adolesceret Academia, illi quasi nutrici ũ dedit Seuerũ, cuius ea tempestate nomen præ cæteris celebrabatur. Non reticebo præclarissimum de tanto Viro Patriæ testimonium. Cum Perusiam allatum esset, Pontificis iussu Seuerum Firmũ mitti, Patriæ eripi, Senatus censuit per Legatos Pontificem rogandum, ne Perusini Gymnasij decus tãta iactura vellet imminutum. Cæterum Firmũ vt primum venit, florentissimã ex Italia tota iuuẽtutem, sola eius nominis fama, in eam Vrbem pellexit. Quæ cario-

riora sunt, citiùs eripiuntur. Non diu Firmi Seuerus docuerat, & cōmuni fato concessit: splendido funere ad principem ædem elatum viuersa Ciuitas sequuta est, nec sine lacrymis. In hanc diem æneum ibi Seueri caput pectusq; conspicitur, quod tanti Viri sepulcro Firmani imposuere, vel illius doctrinæ, vel suæ in illum voluntatis monumentum anno MDLXXXIX.

Marcus Antonius Alexius Propræfectus militum.

MArcus Antonius Alexius adolescentiam vix ingressus, ingenij velocitate liberalibus disciplinis imbutus, militaris gloriæ cupidus, Bononiensi, & Vallis Tellinæ expeditioni interfuit; mox Subalpinæ Italiæ

fra-

fragoribus inuitatus, illuc aduolat, & Rangonicæ Centuriæ signifer, & paulò post Centurio dictus est: cuius deinde virtute, egregijsque facinoribus cognitis per primarios Duces, Victorij Amodei Sabaudiæ Ducis iussu Centuriarum plurium illi administratio demandata est: sedatisque ibi belli tumultibus, cum Alexius ab eodem Serenissimo Duce, cui vehementer gratiosus euaserat, veniam peteret, in Belgium proficiscendi cum Serenissimo Cardinali Infanti; ab eoq; interrogatus, quare sua signa deserere vellet; Alexius ea qua prę ditus erat modestia, animique magnitudine respondit, se Patrię commoda deseruisse, vt militaris artis peritiā consequeretur: cumq; in eius ditione pax esset vbique, vocari se sentiebat vbi belli fragor ardebat, ibique se aptiorem euasurum sperabat, vt

tanto deinde Principi, meliori opera famularetur. Sabaudię Dux tantam virtutem admiratus, veniam egregio Iuueni non cōcessit, sed ei aucto stipendio, Rangonicæ Legionis Ordinum Ductorem, quem Magnum, & vulgo Sergentem dicimus, constituit; & Albæ Vrbis muniendæ ei munus tribuit, militibusque ibi degentibus eundem præponit. Alexius verò in suo explendo munere adeo diligens, & solers fuit, vt peritissimus artis militaris Magister iudicatus fuerit. E viuis postea erepto Serenissimo Victorio, eius Vxor Christina Gallorum Regis Soror, Alexium habuit inter cariores suæ militię Duces, & absēte Iulio Marchione Rangonio, eius Legionis imperium Alexio demādauit, eiusque vices sustinere voluit; qui egregijs facinoribus eam laudem in ea gubernanda consequutus est,

est, vt lenitatem cum seueritate miscendo, militibus æquè, ac ciuibus, apud quos hiberna traducebat, carus semper extiterit. Hic liberalitate, morumque candore, vitæque innocentia eò progressus est, vt summa apud omnes fuerit existimatione. Hic oris venustate, sermonis suauitate, militaris licet disciplinæ rigidus magister, omnium beneuolentiam assequebatur; ita vt breui, sed graui pulcherrimoque elogio Angelus communi omnium voce diceretur. Hic tandem cùm maiora rerum præclarè gestarum pręmia expectaret, ætatis anno trigesimo secundo nondum expleto, dira febri correptus, Taurini, omnium Ciuium, militumque lacrymis cohonestatus, occidit die

Malatesta III. Balionus Episcopus Pisaurensis.

BAlionis duobus militari laude inclitis, apponamus tertium pacatioris gloriæ alumnum. Hic rhetoricis & philosophicis studijs Romæ absolutis, adolescentiam vix ingressus, Patauium ad Iuris prudentiam capessendam properauit; ibique lauream adeptus, Romam rediens à Clemente VIII. inter vtriusque Signaturæ Referendarios adscriptus est. Subinde pluribus Ciuitatibus regendis præpositus, expleuit munus cum laude prudentiæ. A Francisco Maria Vrbini Duce in Pisaurensis Ecclesiæ Præsulem expetitus, à Paulo V. eius Vrbis Antistes creatus est, in qua gubernanda

illud

illud ſui ſpecimen dedit, vt ab eodem Duce, totius Ditionis ſummam quandam adminiſtrationem acceperit. Hæc nos dum ſcribimus, ab Vrbano VIII. Pont. Max. Piceni Prouinciam regendam ſuſcepit; regitque cum plauſu. Viue diu felix, Præſul optime; & quando poſt te Nobiliſſimam Gentem tuā deſideratura eſt Peruſia, tu modò diuturnitate vitæ, Patriæ votis conſule, diutiſſimè ſuperſtes.

Marcellus Pignatellus Epiſcopus Æſinus.

MArcellus Pignatellus, vix pubes politiorum litterarum ſtudia compleuerat, & propiore afflatus numine in Theatinorum Clauſtra ſe recepit; ibi

ſacris ſtudijs completis, illicò ad Populum de Deo, ac moribus dicere cœpit: mox alijs ſui Ordinis præeſſe coactus eſt. In eo münere tantam prudentiam, artemque exibuit, vt Scipio Cardinalis Burgheſius, eius induſtria & familiaritate deinceps vſus fuerit. Per hunc in Pauli V. Pont. Max. beneuolentiam venit. Quare ex eiuſdem Pontificis voluntate, Æſinæ Eccleſię adminiſtrationem curamque non maiori Æſini Populi gaudio, quàm vtilitate, ſuſcepit. Magna doctrinæ, integritatis, cæterarumque virtutum proferebat exempla, cùm diro morbo correptus nondum quinquagenarius occubuit.

Ma-

Marianus Bartolinus Romanæ Rotæ Auditor.

MArianus Bartolinus confecto Philosophiæ, & Iuris prudentiæ studio, lauream retulit, summaque cum laude Ius ciuile in hoc Patrio interpretatus est Gymnasio. Doctrinæ famâ ad Iulij Secundi Pont. Max. aures peruenit, eiusque mandato Romam accersitus, inter duodecim Romanæ Rotæ Auditores adscriptus est. Emicabat in Theatro illo sapientiæ, & in Germaniam ad feriendam pacem, controuersiasque de rebus grauissimis componendas ad Maximilianum Cęsarem trãs mittitur. Feliciter, & ad Summi Pontificis votum, rebus compositis, in Italiam reuersus, Ponti-

tificis animum mirè erga se propensum inuenit. Laborum suorum præmium, Purpuram scilicet præstolabatur; & repente graui morbo correptus, magno Romanæ Curiæ, & Patriæ dolore, nondum senex occubuit.

Matthæus de Vbaldis Episcopus Perusinus.

MAtthæus de Vbaldis, florenti ætate impigram litteris operam nauauit, summaque cum laude in Patrio Gymnasio Ius ciuile docuit. Communi fato erepta coniuge, Romam petijt, commune litteratorum hospitium; talemque apud Innocentium Octauum, morum doctrinæque prestantiâ, locum inuenit, vt Nicolai Fratris sui defuncti locum in Roma-

mana Rota, non ſine doctrinæ encomio, obtinuerit. In eo munere inſigniter ſeſe omnibus probauit. Quare in virtutis præmium ab Alexandro VI. Nucerino principe ſacerdotio, mox verò à Iulio II. Peruſinâ infulâ, ſumma omnium ordinum approbatione, donatus eſt. E viuis excedens, luculentas Iuris Ciuilis commentationes poſteris reliquit.

Matthiolus de Matthiolis Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor.

MAtthiolus vitam in eruditione comparanda tranſegit. Iuuentutem Poeſi & Rethorica excoluit; exinde Philoſophiam, Medicinam, Aſtronomiam, cæteraſq; liberales artes ingenio luſtrauit; addam, & il-

& illuſtrauit. Ad Philoſophiam in Patauino Gymnaſio enodandam, primo loco, magnoque ſtipēdio accerſitus, docēdi munus non maiori fructu, quàm plauſu, ad extremum vſque vitę diem impleuit. Ferè ſenex ad ſublimiora animum eleuans, in Theologiæ adyta ſe recepit; ſiue quia id demum eſt ſapere, diuina noſſe: ſiue, quia humanus animus diſciplinarum omnium capax, non vna debet facultate eſſe contentus. Plurima fertilis ingenij reliquit monumenta, orationes, de modo medendi conſilia, de memoria opuſculum, nec non eruditos in Auicennæ, Hippocratis, & Galeni opera commentarios.

Mau-

Maurus Cibus Camaldulensium Abbas Generalis.

MAurus Cibus, vt à profanis illecebris animum abdicaret, ad Heremitarũ secessus, inter Camaldulenses se recepit. In ea virtutis palæstra, ieiunijs, cilicijs, & seuera corporis afflictatione, innocentis vitæ laudem comparauit. Præcipua Ordinis sui munera, licet reluctanti obeunda fuere; quæ cùm solertiâ summâ, & suauitate administrasset, singulari ex totius Ordinis voto, Prępositus Generalis renũciatus est, nõ semel aut iterũ, sed, quod raro accidit, quater. Vera virtus nunquam satis cohonestatur; & plurima in eam cùm congesseris ornamenta, adhuc habet, quod ex-

ornes. Hæc inter ad deuexam venit ætatem, desijtque viuere, cùm adhuc posset Orbi prodesse.

S. Maximilianus Episcopus Perusinus.

ANno post Christũ natũ D. Perusinæ Ecclesiæ præfuit Maximilianus, inter Cælites deinde relatus. Virtute, ac doctrina plurimum cùm valeret, non semel Christianæ Reipub. Patribus ad sacros cætus grauissimis de rebus conuenientibus præsto fuit. Interfuit Concilio quod Rauennæ actum est, sub Symmaco: & in Romana Synodo acerrimè pro eodem Symmaco, contra Laurentium, & Petrum Pseudo-Pontifices decertauit, vicitque. Ex Romano

hoc

hoc cœtu Perusiam redierat, cũ gregi suo cępit ardentiùs consulere. Grauissimis laboribus inclinatam iam ætatem cùm premeret, concidit in terram, vt erigeretur in cælum. Illud non prætereundum. Moriturus cùm Gregem suum Christo Pastori optimo commendaret, obtinuit vt Perusinæ Ecclesiæ mox præficeretur Herculanus, eius nominis secundus, Maximiliano simillimus.

Michelottus de Michelottis.

MIchelotto coronam quidem victoriæ fortuna potuit eripere; at constantis, & pugnacis animi martiale decus nec fortuna aduersa, nec mors præpropera eripuit. Raspantium partes tuendas cùm suscepisset,

de-

delecta militum manu ſtipatus, arma tulit in Patriam, veriùs libertatis amore, quàm hoſtili incenſus furore. Venerat in forum, & validis aduerſantium Ciuium turmis circumuallatus vidit virtuti vix ſupereſſe locũ, ſi viueret. Ergo fugæ dedecus honeſta morte vitauit. In hoſtibus, præclaris ſcilicet virtutis æſtimatoribus, vel proſtratus, ingens exciuit deſiderium ſui.

Monaldus de Monaldis Epiſcopus Amalphinus.

SAcræ Diui Franciſci familiæ à pueritia nomen dedit Monaldus, vitamque ſingulari religionis exemplo traduxit. Facundiæ lepore admirabilis, vocem ipſo melle, quod aiebat il-

le,

le, dulciorem in hominum animos suauissimè transmittebat. Quare, siue pro virtute, siue contra vitium in templis diceret; quò vellet Populorum animos impellebat. Patriæ nomine Legatum apud Ioannem XXII. egit, adeoque Pontificis animum virtute conciliatrice sibi deuinxit, vt Amalphinæ Ecclesiæ ab eo fuerit præfectus. Perusinos inter, & Tudertinos, grauissimas controuersias tollere aggressus, tollitur ipse è viuis, non annorum magis, quàm pro meritorum copia venerabilis.

Nel-

Nellus Balionus.

QVàm bene vocatus es in hæreditatem gloriæ Malatestæ fratris tui, de Patria optimè meriti, Nelle! prudentissime! Dignus profecto eras, cui ad comparandam gloriam, & Ciuium beneuolentiam, frater viam sterneret. Ergo quem ille rebus pro Patria præclarè gestis, Perusinorum in se amorem conciliarat, in te moriens, ditissimam quasi hæreditatem transtulit; nec Perusini assensere inuiti. Quare sceptro licet dignissimum, sed quæ tua erat modestia, nihil tale cogitantem, Reipub. moderatorem perpetuum spontè te salutarunt. In eo gradu positus sic cum Ciuibus egisti, vt filios censeres esse, cum quibus ageres, non conciues. Hac arte no-

noua in dies laudis incrementa parabas, cùm desijsti viuere, bonis omnibus lugendus. Mitto cætera, quæ prçstantiam tuam testari possent. Calistus III. Pont. Max. verissimis lacrymis te defleuit extinctum. Non potuit non esse Orbi, dum viueret, saluberrimus ille, quem Orbis totius Pater optimus defleuit.

Nereus Montemellinus.

Restitutis in Vrbe-Veteri Guelphis contra Gibellinos, memorabilis hic est. Anno Salutis humanæ M. CCC. XLVI. Leonardus Monaldescus, Gibellinorum in Vrbe-veteri facilè Princeps, in Guelphos ferrum strinxit, primoque impe-

tu

tu Matthæum Vrsinum, Præsidem Ciuitatis, oppressit. Facinus egerrimè tulit Benedictus Ceruasius, Guelphorū Dux, statuitque vlcisci, cùm posset. Ergo Perusinorum opem implorauit; cum accepisset, iussit Perusinis præesse Nereum Montemellinum. Velitationibus primùm, mox totis viribus certatum est in ipsa Vrbe. Montemellini virtus victoriā ad Guelphos inclinauit. Ab eo Leonardus captus est, missusque Romam ad Matthæi Vrsini filios, vt paternam necem, homicidæ sanguine expiarent. Sub hęc in Comitem S. Floræ, qui Gibellinos tuendos susceperat, Nereus militem duxit: cedentem loco, diù frustra insecutus, subiectas Comiti regiones populatus est. His victorijs nomen transmisit ad posteros.

Ni-

Nicolaus Vghius Episcopus Vrbeuetanus.

NIcolaus à pueritia voluptatis ocia damnauit, sedulamque litteris dedit operam. Rerum naturalium eximia sciētia, & exacta Iuris cognitione, non in suis modo Ciuibus, sed in extrernis etiam, admirationem excitauit & desiderium sui. Planè mirum, est quod sequitur. A pluribus simul Vrbibus optatus, & quæsitus Antistes, quod vix alij longo ambitu extorquerent, ipse ne quidem quæsitum, amplissimum retulit ingentis testimonium virtutis. Post longa Ciuitatum hæc certamina, Vrbeuetanæ Ecclesiæ sacerdotio exornatus, sacris in Nobilissima Ci-

& acumine, in paucis numerandus: plurimùm disputando valuit. Romam ad generalia sui Ordinis comitia cùm venisset, publicum in eo sapientiæ Theatro de qualibet scientia disputandi locum cuilibet aperuit, nec discessit ex campo sine plausu. Hæc inter præcipua, apud suos munera laudatus semper obiuit præfuitque vni ex sui Ordinis prouincijs. Tandem á Clemente V I I. sacri Apostolici Palatij Magister electus, illud onus constanti doctrinæ & prudentiæ opinione quadriennium substinuit. Destinabatur omnium voce ad Purpuram, & in ipso penè flore extinguitur.

Ni-

Nicolaus De Vbaldis Romanæ Rotæ Auditor.

NIcolaus ob ſcientiæ præſtantiam inter Rom. Rotæ Auditores à Paulo II. accitus, à Sixto IV. in ſummis Reipub. Chriſtianę difficultatibus ad Ludouicum Galliarum Regem Orator miſſus eſt. Nauatâ egregiè operâ, Romam ad ampliſſimam Purpuræ dignitatem reuocatus, tanto laborum fructu caruit, extinctus in itinere. Scripſit celeberrimos de ſucceſſionibus ab inteſtato Commentarios.

Nicolaus Ordinis ſeruorum S. Mariæ Generalis.

NIcolaus tam alta iecit ſolidæ virtutis fundamenta, dum abdicatis humanitatis illecebris, inter Virginis Mariæ Seruos connumerari voluit; vt per illuſtre erexerit non periturae gloriæ ædificium. Naturæ arcana ſedulus cùm exploraſſet, Philoſophiam publicè expoſuit, & laboris fructum retulit, doctoris famam eximij. Interea Conſtantiæ, Chriſtianæ Reipub. Patres contra Hæreticos conuenere. Ad ſacrum cœtum vocatus, re confirmauit opinionem, quam de illo Patres præconceperant. Anno M.CCCC.XXVI. commuuibus ſui Ordinis comitijs

tijs Generalatū accepit. Id verò munus magno animi candore, vitæque innocentia, annos tres & triginta exercuit. E viuis plusquam octogenarius sublatus, ingens reliquit desiderium sui.

Nicolaus de Alexandris I. C.

QVis non summopere commendet Nicolaum de Alexandris, quem Bartolus Iuris peritorum maximus, ob ingenij acumen, doctrinæque copiā, non modo Doctorem insignem sæpius appellauit, sed Generum etiam delegit? Profecto si laudari à laudabili viro, gloriosum est, satis glorię Nicolaus habet, quià Bartolo potuit & laudari & amari. Publicè Ius in Academiæ-

demia Perusina professus, si quis alius, placuit auditoribus; & aggressus causas in foro tueri, clientulorum iura nõ feliciùs, quàm sanctiùs defendit. Obijt Patriæ lacrymabilis; quod genus mortis non nisi optimis contingit.

Nicolaus Perottus Archiepiscopus Sipontinus.

SCriberem & tibi Nicolae Perotte Elogium, nisi præclarum virtutis tuæ testimonium paucos ante annos tuo tumulo inscripsisset Torquatus Perottus Gentilis tuus. Patieris igitur illud ipsum à me huc transferri.

D. O. M.

NICOLAO PEROTTO
SAXOFERRATENSI
Ob reconditam eruditionem, linguarum principum peritiam, singularemque facundiam, necnon illustria litterarum monumenta, Bessarioni in primis Cardinali Sapiētissimo eximiè caro: tum Friderico III. Augusto à consilijs, & ab eodem poeticâ laureâ Bononiæ ornato: inde Eugenio IV. Nicolao V. Calisto III. & Pio II. Maximis Pontificibus præcipuè in Orientali Ecclesia cum Romana, tempore Ferrariensis, & Florentini Concilij

cilij, vnienda nauatã operam, longe cariſſimo: Vmbriæ, Thuſciæque Præſidi, Archiepiſcopo Sipontino, de Chriſtiana Repub. vniuerſa Italia, Patriaq. optimè merito, cuius iſta maioribus, tyrãnide extincta, libertatem, ac felicitatem debet.

TORQVATVS PEROTTVS Vrbani VIII. Summi Pont. à cubiculo intimo Gentili ſuo L. M. P. Anno Domini M D C X X I V.

Nuccius Balionus.

VTinam huius virtuti parem ego ſcribendi vim haberem! intelligeret profectò Patria quantum illi debeat. Eximia morum probitate, & in omnes beneficentia maximè ſpectabilis, cùm ſummis id temporis Imperatoribus Peruſia abundaret, vnus ex omnibus electus eſt, cui negotium pacandæ Patriæ, & reſtituendorum exulum cura mandaretur. Euentus ſpem non feſellit. Gibellinorum ſeditionem, qua vniuerſa Ciuitas deflagrabat, citiſſimè extinxit: Guelphos in Patriam reduxit armatus, ſed non cruentus. Non feciſſet hìc de

Pa-

Patria benemerendi finem, nisi in ipso beneficentiæ cursu occubuisset. Hoc etiam nostras miserias exaggerat. Quæ prodesse possunt, citò pereunt; nocitura diù durant.

pia, ſplendidiùs profectò Reſpub. floreret.

Odoardus Michelottus Epiſcopus Peruſinus.

INgens Odoardi virtus labenti Patriæ felicitati, impigrè occurrit. Cùm Peruſina arma ſeditione in Summum Pontificem, Bonifacium IX. perſtreperent, neutrius partis ſtudia profeſſus, & Pontifici, & Ciuibus pacis ſuaſor primùm, deinde author fuit. E Romano templo in Peruſinam Vrbem concordiam cùm retulit, quo Ciuium plauſu fuerit exceptus, facilius eſt intelligere, quàm dicere. Exemplo & voce proderat Gregi, cùm iam ſenior fato conceſſit. Ciues vt grati

tanto Pastori viderentur, solemni pompa funus curarunt, tumulum extraxere. Olim ab Vrbano VI. Assisiensis Episcopus fuerat renunciatus: at Patriæ vt prodesset, non ita post, vt in Perusinam sedem transferretur, obtinuit.

Oddus Fortebracchius.

MEmorabile, veriùs dixerim lacrymabile, inconstantiæ suæ monumentum in Oddo reliquit fortuna. Adoleuit a Bracchio & Patre, & Præceptore militaribus disciplinis vberrime instructus, magnosq; hausit martialis roboris spiritus. Vix septimum supra decimum agebat annum; cùm defuncto Patre, Florentinorum copias Impe-

pe-

peratoris titulo regendas accepit. At his passibus ad paternæ gloriæ metam dum properat, inter arctiores Appēninorum angustias à Guido Antonio Manfredo obtruncatur. Ipsis referentibus hostibus didicimus tantam in eo prælio in Oddo emicuisse virtutem, vt meliore dignus fortuna acclamaretur.

Oliuerius De Oddis R.E. Cardinalis.

HVnc à Fuluio Mariottello in Perusinorum Antistitū historia laudatum reperio. Eius virtutes, & præclara facinora sigillatim refere non valeo, non quia graue sit, sed quia temporum iniuria latent. Si licet ex honore merita metiri, maximis omninò virtutibus floruisse cen-

ſendus eſt, quia maxima potuit dignitate cohoneſtari. Innocentius III. Pont. Max. Peruſiæ cùm degeret, inter Romanos Patres Oliuerium adlegit, & Purpura clarum, titulo D. Zenonis adſcripſit.

Oddus De Oddis.

VRbanæ prudentiæ conſilia, temperati mores, effuſa in omnes charitas, Montiſpolitiani, Fulginei, Tuderti, Vrbi ſueteris, Patauij ſupremam Præſulis dignitatem Oddo pepererũt. Occupauerãt auitę ditionis eius Oppida quamplurima Carolus Rex, Hetruriæque Dynaſtæ. Peruſini, ac Spoletani Duces, ſuam omnem operam ac vim Oddo ſpontè obligarunt, vt armis recuperararet, quæ iniquè fuerant vſurpata. Adeo & Peruſini & Du-

Duces ij, vel Oddum amabant, vel illi plurimum ſe debere fatebantur. Ergo & virtute ſua, & amicorum ope reſtituit familiæ quæ hoſtis abſtraxerat. Videbatur honor tantum virum ambire, iamque vbique Oddus erat in pretio, cùm importuna mors immeritum eripuit. Decedens inſignem gloriæ, decorumque hæreditatem poſteris reliquit.

Oddus III. De Oddis.

ODdus III. Angelutij filius, nullum militare facinus aggreſſus eſt, quod optatum ad exitum non perduxerit, Oppidorum omnium, quæ in Valle Perlæ ſunt, Marchionis nomine, liberum obtinuit dominatum. Cluſium, & finiti-

ma loca ab hostium, præcipuè Florentinorum, incursionibus acerrimè tutatus est. Horatium dixisses in Sublicio ponte contra Hetruriam dimicare. Denique Cortonensis Vrbis contra Dominum diù Perusinis infensum duxit exercitum. Ex illo victor victum Perusinorum tradidit potestati.

Oddus IV. De Oddis.

ODdus IV. Vnghari filius Patrem vel virtute, vel felicitate vicit. Oddorum familiam quamuis satis amplam, ac munitam, amplificauit tamen, & magnis honoribus confirmauit. In Patriam tot tantaque contulit beneficia, vt Patriæ libertatis Assertor meruerit

rit

ric nuncupari. Ergo non immeritò sese illi Perusina Respub. captiuam quodammodo dedit in manus, cùm ei arces omnes munitissimas custodiendas tradidit, & rerum omnium ad bellum spectantium, immò & æris publici administrandi liberam fecit potestatem. Timere non poterat ab ijs manibus ingratæ captiuitatis vincula, à quibus tot esset beneficiorum vinculis obligata. Cęterùm, ne quid ad nominis immortalitatem parandam omitteret, Italiæ etiam vniuersæ res communes cum Repub. Veneta, & Mediolanensium Duce Barnaba Vicecomite prudenter composuit.

Pan-

Pandulphus Balionus.

PAndulfo Baliono non vita magis quã mors honesta fuit. Sic vixit, vt improbis tantum eius vita esset grauis; sic obijt, vt probis omnibus eius obitus accideret luctuosus. Perusinæ nobilitatis Princeps salutatus, contumacis, & rebellis Plebis audaciam reprimere aggressus est. Quà prudentia, quà vi multa tentauit, vt illa & iusti imperij fræna pateretur, & discederet ab armis, ad quæ pertinax cõfugerat. Illo prælio, quo rebelles fregit, dum victor victos incautiùs prosequitur, lethali vulnere confossus interijt; vel hoc maximè felix, quòd sua ne-

nece, perquàm illuſtrem Peruſinę nobilitati peperit victoriam. Cùm funus curatur ſplendidè, illud ſplendidiſſimum viſum eſt: Peruſina Nobilitas extinctum cùm fleret, vocauit Vindicem ſuum.

Pamphilus Signorellus.

PAmphilus non minus in armorum, quàm litterarum palæſtra eruditus, cùm parem ex litteris ac armis gloriam nanciſci poſſet, maluit militarem laurum adipiſci. Virginio Vrſino ob virtutem carus diù fuit, & adoleſcens ſub illo meruit. Summos militares diſciplinæ honores à tanto Duce ſperabat, cùm Vrſini mors ſpem conceptam præcidit. Vrſino è viuis ſub-

ſublato, ad Ioannem Paulum
Balionem, Florentinæ Reipub.
Imperatorem ſe contulit; quo
familiater vſus breui ex milite
Ductor in Piſanos dimicauit.
Sub hæc à Iulio II. Pont. Max.
Mirandulano bello ad honeſtiſ-
ſima ſtipendia vocatus eſt, & à
Repub. Veneta contra Maximi-
lianum Cæſarem accerſitus, equi-
tum alam duxit. Illud hic non
prætereundum. Dum contra
Cæſarem pugnatur, Veneto-
rum exercitus inclinauit ad fu-
gam; Pamphilus turpiſſimum
id ratus, ſuo milite impetum
diù ſubſtinuit; nec ante loco ceſ-
ſit, quàm ſentiret tutum iam eſ-
ſe ac honeſtum, in caſtra mili-
tem reducere. Virtutem ne-
mo probus illaudatam omit-
tit; ſi poteſt, præmio etiam exor-
nat. Veneti cùm Pamphili vir-
tutem eximijs celebraſſent lau-
dibus, noua cataphractorum cen-
turia,

turia eiusdem imperio commissa cohonestarunt. Maturior in Patriam redijt, pro qua Legationibus sæpius susceptis auxit domi decus familiæ, quam foris illustrauerat.

Paulus Perusinus Carmelita.

PAulus, quem ex Vbaldorum gente fuisse accepi, sedulam optimarum artium, legumque studijs operam dedit. Quare non modò Iuris lauream retulit, sed publicus eiusdem Interpres eximij Doctoris laudem accepit. Plenis velis ferebatur ad gloriam, & repente Numinis afflatu tactus, quidquid humanum est, spreuit, abiecitque, vni Diuinitati obsequuturus. Contulit sese ad Carmelitas

litas, apud quos vitæ sanctimonia, morum suauitate, doctrinaque floruit singulari. Doctrinæ suæ monumentum posteris reliquit, doctissimas in quartum Sententiarum Librum Commentationes, quas in lucem editas coluere sapientes. Scripsit & alia plurima eruditione pari, quæ in hanc diem in Romano Carmelitarum Cœnobio seruantur. Obijt laboribus, ac senio confectus.

Paulus Bisnectus Episcopus Triuentanus.

PAulas Bisnectus è Thrasimeno lacu in portum venit, quem Franciscus Asisias mortalibus aperuit. In eo doctrinæ, prudentiæ, probitatis specimen non

non vulgare cùm dediſſet, tribus ſui ordinis Miniſtris Generalibus ſumma cum laude à ſecretis fuit. Maturior ob eximiam prudentiam præcipua Chriſtianæ Reipublicæ negotia curanda ſuſcepit. Eius prudenriæ fructus fuit pax inita Henricum IV. Galliarum inter, & Philippum Secundum Hiſpaniarum, Reges. Agebantur generalia ſui ordinis Comitia in Hiſpania, cùm Miniſter Generalis acclamatus enixè ſocios orauit, vt alium ab Hiſpaniarum Rege petitum deligerent. Velle honoribus carere, rarum eſt, ideo veneratione dignum. Rex Pauli facinus cùm cognouiſſet, ratus eximium eſſe, quem honoris fax non excæcaret, illum inter Conſiliarios primũ aſciuit, mox Cæphalonienſi Eccleſiæ, tùm Triuentanæ præfici curauit; deniquè eidem purpuram à Paulo V. Pont. Max.

ex-

expetijt. At hæc à Rege dum optantur, Paulus meliorem, vt speramus in Cælo, purpuram induit, paulo post viuis ereptus.

Paulus Bontempius I. C.

FVndatæ salutis anno M.CCC XL. Augusta in Academia floruit Paulus Bontempius, vir præalto ingenio, & facundia planè mirabili. Iuris prudentiam publicè cum traderet, frequentissimos semper habuit, qui audirent; nec pauciores, qui mirarentur. Neapolim à Roberto Rege magno stipendio accersitus, vt regiam Bibliothecam curaret, & satis Regis voto fecit, & amplissimum sibi ad eruditionem omnem aditum aperuit. Hic librum de Genealogia

Deo.

Deorum ſcripſit, ex quo Ioãnes Baccaccias faſſus eſt ſe plurima decerpſiſſe. Quidam illud ipſum, quod Boccaccius edidit, Pauli volumen eſſe crediderunt. Vt ſeſe res hæc habeat, eruditiſſimum de Collationibus volumen edidit Paulus, quo ingenij ſui acumen Orbi approbauit. Exceſſit Neapoli, in Aula Regia, non ſine luctu ſapientum.

Paulus Tetius de Benedictis. I. C.

MAiorum exempla poſteris incitamenta ſunt ad virtutem. Paulum Tetium ad Iuris prudentiæ adeptionem Benedicti Capræ præclariſſimi Iuris conſulti gloria concitauit. Hunc ille cum audiret linguis omnium ac ore celebrari, in ſimi-

milis laudis cupiditatem exarsit. Ergo dies, noctesque studio addictus, eos in Iuris cognitione progressus fecit, vt publicus Iuris Interpres Capræ haud impar haberetur. Eruditissimas in Ius Ciuile lucubrationes penès hæredes suos moriens reliquit, vt ederentur; at nos tantorum laborum fructu adhuc caremus. Varia obijt in Patria munera, semper cum laude. Itaque non nisi post auctum Gentis suæ decus viuis excessit:

Pellinus Balionus.

GRegorius XI. qui Baldum præceptorem Perusiæ audiuit, ad summum euectus fastigium, vt Italorum tumultus componeret, Legatum Apostolicum Britannico Equitatu stipatum, Auinione in Italiam tran-

transmisit. Miles rapinis, cædibusque omnia cùm turbaret, in Hetruriam venit. Imminebat Perusino agro, cùm Senatus ne tantæ molis ruinam imparatus substineret, militem collegit, eique Pellinum Balionum præfecit Imperatorem. Apud diuersos Principes meruerat Pellinus cauti potiùs, quàm pugnacis Ducis famam adeptus. Ergo exercitu instructo, aduersarijs semper imminens, nec tamen pugnę copiam faciens, cunctatione sua furentium impetũ fregit. Discesserant Britanni, & Pellinus liberatâ ab hostilibus incursionibus Patriâ, redijt ad suos; à quibus, quod olim Fabio apud Romanos accidit, gloriosum, Cunctatoris cognomen accepit.

Pe-

Petrus I. De Vbaldis I. C.

PEtrus Baldi frater I. Consultissimus, sacrorum Canonum Interpres eximius, Consistoriales inter Aduocatos vixit. Egregias de canonica Episcopali, & Parochiali portione, de Ecclesiarum permutatione, & vnione, commentationes scripsit. Ad hæc Responsorum volumina XVI. reliquit, quæ excellentem præstantissimi Viri doctrinam testantur.

Pe-

Petrus II. De Vbaldis I. C.

PEtrus Petri ſenioris ex filio Nepos, virtute, integritate, doctrina, Auo ſimillimus, nomen apud ſuos planè inſolitum accepit. Doctor Veritatis dictus eſt. Laudatiſſima edidit volumina de duobus fratribus, de Collectis, ſcripſitque non ſpernenda in diuerſos Iuris Pontificij Titulos Commentaria. Sigiſmundo Cæſari apprimè carus, vt ab eodem Gentilitia inſignia, quibus familia ante vtebatur, comprobarentur, obtinuit.

Petrus III. De Vbaldis I. C.

HIc exemplo ſuo docet fruſtra ingenium eò trahi, quò natura non ducit. Ferè puer à litterarum ſtudijs abſtractus eſt, vt Silueſtro parenti, Mirandulano bello pro Iulio II. decertanti militarem operam præſtaret. Exegerat iuuentutem, cùm parens occubuit. Nec mora; qui inuitus arma tractauerat, volens libenſque ad litterarum redijt tyrocinia. In Iuris peritia eos breui progreſſus fecit, vt & lauream retulerit, & patrio docuerit in Gymnaſio cum encomio. Subinde erudi- ti hominis doctrinam Romano Pontifice cohoneſtante, Ariminenſi, tum Fauentinæ præfuit Ci-

Ciuitati: deinde à Senatu Perusino reuocatus, vt Patriæ esset à secretis; iterum ac tertiò pro eadem legationes suscepit. Scripsit de re militari: scripsit & in Leges Commentarios & cùm licuit feriari, Musas coluit. Haberemus præstantissimi Ciuis has lucubrationes in luce, nisi hæredibus placuisset retinere in vmbra. Excessit Perusiæ Anno M. D. L X X X V. Ad ædem D. Francisco sacram delatus publica Cardaneti laudatione celebratus est.

Petrutius Nereus Montesperellus.

PEtrutius Nereus Montesperellus, bellica virtute insignis, inter antiquos Perusinæ gloriæ parentes emicat luce

quàm clarissima. Olim Perusini exercitus florentissimi Imperator, Reipublicæ Senensis copias ad Thrasimenũ cæcidit, Clusiumque amœnum, amplumque diuitis terræ tractum patrio iuri adiecit. Plura non addo; quia magna extenuantur dicendo, non illustrantur.

Petrus Philippus Corneus Eques Hierosolymitanus.

VT quam à Deo acceperat, Deo impenderet magnitudinem animi, Petrus Philippus Corneus, voluit inter Equites perpetuos Turcarum hostes profiteri. Tyrocinium cùm poneret, sępius in Turcas decertans spem fecit facinorum, quæ maturior virtus præstaret. Anno salu-

lu-

lutis M. D.L X V. totis Turca viribus Melitam oppugnauit. Corneus D. Michaelis arcem tuendam contra barbaros accepit. Hanc cuniculis subruere Turcæ dum tentant, Corneus in effossos dissiliit cuniculos, ingentique edita strage non ante ad suos rediit, quàm abegit barbaros. At vberiorem gloriam tertio post hæc anno eadem Melitâ defensâ collegit. Rediere anno M. D L X V I I. Turcæ ad obsidionem. Rediit ad tutelam Corneus, & illi maiora ab hoc damna secundâ obsidione sensere, quàm primâ. Ergo soluta iam obsidione ab omnibus Philippus cùm celebraretur, à Magno Equitum Magistro & honoris, & diuitiarum accepit incrementum. Opulentissimis auctus Commendis ad Pium V. Pont. Max. aliosque Italiæ Principes Legationem suscepit. Senior in

Patriam redijt obijtq; MDXCV. Fortitudinis fama futurus semper superstes.

Paulus Boncambius Senator Romanus.

PAulus Boncambius in Republica gerenda is fuit, vt nullius magis consilio, & virtute ea tempestate Ciuitas nostra staret. Solers hominis prudentia in Legationibus maximè emicuit, quibus magna semper cum gloria ad summos Principes de grauioribus Patriæ rebus, perfunctus est. Ab Innocentio VIII. Pont. Max. Romam accersitus, in Senatorem Romanum electus est, vt Romano Populo Ius diceret. Morum comitate, ingenijque suaui-

uitate, facilè Romanorum animos ſibi deuinxit. Itaque difficiliora quæque negotia illi tanquam arbitro veriùs quàm Iudici committebantur decidenda. Feruebant Populi Romani in illũ ſtudia, & Anno M.CCCC. LXXXVIII. viuis excedens intellexit hominum amore, neminem mortis eripi poteſtati.

Pompeus Pellinus Hiſtoricus.

POmpeus Pellinus politiorum litterarum ſtudijs imbutus, ad Hiſtoriarum maximè cognitionem ingenium contulit. Cùm Antonij Campani, & Poggij Hiſtorias de Brachij Fortebracchij, & Nicolai Piccinini geſtis è Latina in Hetruſcam linguam eleganter tranſtuliſſet,

ſenſit poſſe à ſe quoque Peruſinorum Ciuium geſta enarrari. Ergo facto initio à Peruſinæ Vrbis exortu, ingenti labore patriam hiſtoriam ad ſua tempora deduxit. Opus tribus diſtinctum partibus maturum prælo cùm poſteris reliquiſſet, ab iis miſſum eſt Venetias imprimendum. Duo iam ad nos deuenere Volumina; tertium importuna lues in ea Vrbe dum baccatur, ſubtraxit prælo; vtinam breui reſtituendum.

Philippus Francus I. C.

PHilippus Francus parem attulit ſtudiorum laboribus animum. Ergo nullis vnquam aut difficultatibus abſtrahi, aut illecebris adduci potuit, quin ad ſa-

ſapientiæ adeptionem toto impetu properaret. Docuit Peruſiæ Ius Canonicum, & Pontificum oracula non minori vtilitate, quàm iucunditate, auditoribus ingeſſit. Placebat Orbi, cùm publico bono expoſuit commẽtationes ſuas in Decretale, & ſextum Iuris Canonici librum. Ad hæc maxime vtile de Petitorio, ac Poſſeſſorio edidit Opuſculum. Obijt ſenio confectus: digniſſimus tamen, qui in hominum animis diutiſſimè viuat.

Philippus de Oddis.

HIc à prima iuuentute ad militarem diſciplinam ſe contulit, Miles primùm ſtrenuus, mox Imperator prudentiſſimus. A Peruſino Senatu ad comprimendam Eugubinorum contumaciam cum exercitu miſ-

ſus,rurſus ab eodem ad eximendos ab hoſtium incurſionibus Tiphernates deſtinatus, ex vtroque bello victor, ſatis ſuperque Patriæ votis fecit. Poſt hæc patrio militi Præfectus, vt Biturgiæ expugnationem curaret, ſumma fortitudine ſolertiaque facinus ferè prius impleuit, quàm imperaretur. Ergo in Patriam reuerſus, tantam apud Ciues auctoritatem adeptus eſt, vt peſtiferas Guelphorum, & Gibellinorum diſcordias potuerit ex Patria deturbare. Præteritas victorias vltimo hoc facinore coronauit. Neapolim militem duxit, quem Reſpub. Peruſina Ioannæ Reginæ auxiliarem deſtinauerat. Reginæ, partes dum fouet, ſibi nomen, Patriæ, Gentique peperit ornamentum.

Por-

Porphyrius Philitianus Fulginei Episcopus.

GValdi, ad quod Oppidum ex hac Vrbe Philitianorum gens ſe receperat, natus eſt Porphyrius. Politiorum litterarum ſtudijs, Philoſophiæ, Aſtrologiæ, maximè vero Iuris prudentiæ adeo nauiter operam dedit, vt magna feliciſſimi ingenij fama Iuris prudentiæ lauream Peruſiæ acceperit. Romam in Theatrum ſapientiæ cũ veniſſet, primùm Antonio Mariæ Cardinali Saluiato, exinde eo defuncto, Cardinali S. Cæſarii, demùm hoc etiam viuis erepto, ſummo Pontifici Paulo V. à ſecretis fuit. Sinceram fidamque

operam cùm præstaret, Pontifici carus esse cœpit. Ergo non ita post, Fulginensem ab eo Episcopatum accepit. Poterat maiora sperare, sed Pontificis obitus spem intercidit.

Pyrrhus Ballionus.

PYrrhus Balionus cùm sub M. Antonio atque Pompeio Columnis adoleuisset, Columnensi familiæ per clientelam insertus est. Pro Carolo V. Cæsare, Vastio Duce decertauit in Gallos. Cariniani ab Anchiano circumuallatus extrema tolerauit constanter, nec ante loco cessit, quã fame excluderetur. Consumptis alimentis omnibus, ac desperatis auxilijs, quas necessitas extorquebat, conditiones ab hoste ita recepit vt polliceretur conti-

nuò

nuò sese ad Franciscum Regem in Galliam profecturum. Opima fide præstitit, quod spopondit, & sponte captiuus ad Regẽ se contulit. Virtus etiam hosti placet. Rex clementiæ laudem captare solitus, Pyrrhum humaniter excepit, & militare apud se volenti honestissima obtulit stipendia. At is pro libertate gratus, cuncta alia reiecit, dimissusque in Belgium contendit ad Cæsarem. Ab hoc virtutis nomine Mortaria Oppido, quod est Ticinum inter, atque Nouariam, donatus redijt in Italiam, indignante tamen Vastio, qui de clade ad Cerasolam accepta, Pyrrhi in tolerãda Cariniani obsidione impatientiam nequicquam criminabatur. Sub hæc Vastius viuis excessit; Pyrrhus verocũ primos militiæ gradus apud Cæsarem præoccupatos conspi-

ceret, ad Venetos ſeſe conuertit, penès quos Balionorum nomen erat in pretio. Dum miro Patrum conſenſu Venetæ militiæ adſcribitur, vel multò virium robore validus, tridui morbum ſubſtinere non potuit.

Rainaldus I. Bigazzinus.

RAinaldns I. ex antiqua Comitum Couorani, hodie Bigazzinorum Gente ortus, in delitijs ſuit Eduardo, Anglorum Regi ſanctiſſimo, apud quem ephebus iuuentutem egerat laudabiliter. Anno M. X C I X. cùm ſacrum bellum in barbarum decretum eſſet, in Syriam venit militaturus Religioni, ac Deo. Armis, ac prudentia cùm multùm excelleret, Regum, qui Hieroſolymis captis in ea Vrbe regnarunt, amorem & familiaritatem facilè impetrauit. Ergo maximis ſemper viris, Orbiſq; Chri-

ſtia.

ſtiani ipſis capitibus carus vixit. Extinctum Deo familiariter vti piè arbitramur.

Rainaldus II. Bigazzinus.

RAinaldus II. Bigazzinus Monaldi filius, maiorum vestigijs inhærens ſecutus eſt ſigna Richardi Anglorum Regis, in cuius tempora incidit. Rex in Syriam cùm exercitum traijceret, Rainaldus militum centuriam duxit, eoque prælio, quo à Chriſtianis recepta eſt Ptolomais, plurima fortitudinis edidit documenta. Cùm occubuit, deſiere Barbari eam virtutem timere, quam eo prælio ſibi noxiam cenſerent.

Rai-

Rainaldus III. Bigazzinus.

RAinaldus III. Nerei filius Couorani, & Petronij Comes post cladem, qua Perusina Nobilitas à Plebe cæsa annum, M.CCCXCIII. funestauit, Nobiles superstites Couorani primùm excepit; deinde eorum Dux in Plebem arma tulit; vicissetque, nisi à Plebe accersitus Galeatius Vicecomes, Mediolanẽsium Dux Perusiam præoccupasset. Quam Galeatij aduentus præcidit victoriam, eiusdem paulò post obitus fere restituit. Obierat Galeatius, & Rainaldus ac Bracchius Fortebrachius Nobilitatem eduxere in aciem. Pugnaturis præsto fuere Pontificis arma. Receperant iam in agro

Pe-

Perusina Oppida quàmplurima, cùm placuit astu in hostem pugnare. Delituit in insidijs Rainaldus cum exercitu, Bracchius expedita iuuenum manu stipatus Perusiam accessit, verbisque ac minis hostem prouocauit in campum. Hic dum Bracchium oppressurus erumpit, ductus in insidias, à Rainaldo cæsus est. Potuit ex hac victoria Perusina Nobilitas Patriam recipere, nisi Pontificis animus repentè mutatus, pro Plebe in Nobilitatem stetisset. Rainaldus desperata Nobilium restitutione, aliò animum viresque conuertit. Primùm Florentinæ Reip. in Castris meruit, deinde Alberico Balbiano bellicam addixit operam.

Rai-

Rainerius Marcianus.

BEllica Rainerij virtus Perusinam gloriam abundè auxit. Plurima sub maximis Principibus stipendia meruit, & honorificentissimis demandatis muneribus se parem semper ostendit. Anno M.C C L. qui in Oppido Plebis degebant, placidum Perusinorum imperium detrectabant. A Senatu iussus est Rainerius contumaces detinere in officio. Hic ad Oppidi mœnia promotis illicò copijs, tanto impetu prima ipsa aggressione oppidanos perculit, vt nihil vltra expectandum rati, ad Ducis pedes irent, Perusinorum imperio deinceps obsecuturi. Proximo qui sequutus est anno, eximia fortitudinis laude Gualdum Patriæ ditioni adiecit. Excessit

sit, cùm perpetuum illum Patriæ optaret.

Robertus Seruita Episcopus Perusinus.

ADolescens Claustra petijt Robertus, & inter Mariæ Virginis Seruos adscribi voluit, vt verè regnaret. Plurimum doctrinæ, ac pietatis cùm comparasset à summo Ordinis sui Moderatore, in Galliam iter expetijt, vt in eo Regno veluti in arena dimicaret cum Hæreticis, quos cæco impetu superstitio armabat in Religionem. Voti compos nominis sui fama Galliam compleuit, & terrori cùm esset transfugis impudentissimis, Regi percarus euasit. Agebatur post Virginis Partum annus supra

M.

M.& CCC.VIII. cùm Rex Clementem V. Pont. Max. Auinione degentem impulit, vt Roberti virtutem sacris infulis redimiret. Clemens Robertum Perusinæ Ecclesiæ præfecit. Ac nouus Antistes in Patriam reditum nouis subnascẽtibus causis dum differt, communi fato ereptus decessit.

Robertus Lancellottus I. C.

HVic cum Ioanne Paulo fratre de sapientia certamen fuit. Iisdem ferè ac ille passibus ad gloriam properauit. Philosophia, ac Iuris peritia instructus, lauream ex vtraque facultate accepit. Ius etiam Perusiæ interpretatus est. Romam accitus, vt apud Cardinalem Corneum

neum Ioannis Pauli fratris munus impleret & in Aula partes ſuas egit cum dignitate, & in Ciuili Foro Clientibus ſic patrocinatus eſt, vt potiores inter Aduocatos Vrbis haberetur. Coronam impoſuit dignitati ſuæ, edito de Attentatis Volumine, quod à ſapientibus teritur, & Auctoris cum laude, & multorum cum vtilitate. Obijt Romæ non annis quàm honoribus grauior.

Rodulphus I. Balionus.

IN te cognouimus Rodulphe, immortalem animum mortalis corporis anguſtiſſimis legibus vix arctari. Vixiſti corpore vt plurimum languens, ſed animo ſemper vegetus, & conſtans.

Fuit

Fuit nobis planè miraculo, quòd fatiscentis corporis mole grauatus, imperatorio muneri summa cum authoritate à Florentinorum Republica delato non desueris. Sed illud æquè mirabile visum est, relictos à te esse fortissimos ac pugnacissimos filios, qui Patriam tuerentur. Hæc est veræ virtutis nota, in ipsis etiam angustijs plus posse, quàm posse videatur; & non sese solum ad gloriam promouere, verum & alios dare, qui perpetuò tuendam, Maiorum partam laboribus hæreditariæ laudis possessionem suscipiant.

Rodulphus III. Balionus.

POsthumus patris nomen, & virtutem retulit. Inter arma natus spiritum hausit militarem. Iuuenis bellis, quibus Gallia & Sabaudia ardebat, ætatis florem transegit. Subinde in Belgium profectus, consilio non minus quàm manu promptus, assecutus est, vt certatim à lectissimis militibus peteretur in Ducem, existimantibus ad victoriam comparandam, nō alio sese egere præsidio, quàm hoc ipso Duce, & Imperatore. A Clemente VIII. Pont. Max. in Italiam reuocatus, & peditum Magister in eo exercitu, qui auxilio Rodulpho Cæsari in Pannoniam mittebatur, constitutus, adeò feli-

liciter rē administrauit, vt eius maximè consilio, & fortitudine Strigonium de hoste receptum sit, Iauarinum contra Turcarum impetum constantissimè sit defensum. Demum laboribus fractus penè senex plenus gloria, Viennæ decessit M.D.XCVI.

Rubinus Montemellinus I. C.

DEbeo tibi quãtum vlli mortalium post parentes non debeo, Rubine sapientissime. Tu ingenium mentemque meam, ad sapientiam instituisti: abs te Iuris prudentiam hausi. Vtinam tuis in me beneficijs parem scribendo gratiam referre possem, & Orbis intelligeret qui tu fueris, & Patria sciret quàm gratus tibi viuam. Fuit tibi ingenium

ad maxima quæque factum; doctrina vero sic excoluisti, vt morum suauitate condires. Docuisti in Gymnasio nostro diutissimè; & cùm honestissimis conditionibus ad celeberrimas quasque Academias vocareris, maluisti Perusię, quàm florentissimis alijs in Vrbibus, docere, Patriæ quàm tui amantior. Quare cùm te Patria aut legauit honoris ergo ad Principes, aut principem tibi publicos inter Iuris Interpretes locum dedit, veriùs beneficium rependit, quàm contulit. Septuagenario maior excessisti & tamen vitam tuam breuissimam fuisse adhuc conquerimur.

Rog-

Ruggerius Antognolla I. C.

RVggerius Antognolla à Bonifacio IX. Pont. Max. anno ſalutis M.CCC.XCIX. laborum, quos pro Chriſtiana Republica exantlauit, præmium accepit Antognollam, Oppidum Comitis titulo poſſidendum. Peruſiã Bracchius Fortebracchius cùm regeret, hunc à Conſilijs habuit, Iurique dicundo præfecit. Eundem ille ipſe Bracchius à Romano Populo, Vrbis Conſeruator conſtitutus, in Senatorio munere, quod à Ioanne XXII. iuſſus fuerat obire, confirmauit; immò & Populis omnibus ſibi ſubditis præpoſuit moderatorem. Si licet ex munere, quo quis perfunctus eſt, hominis

prudentiam ſapientiamque colligere; ex ijs quæ retulit, quantæ vir prudentiæ ac eruditionis fuerit Ruggerius, ſatis intelliges. Poſt Bononienſem, Lucenſem, aliaſque Præfecturas, Tipherno cùm præeſſet, graui morbo extinguitur anno M. CCCC. XXXIII.

Sa-

Saluus De Saluis Epiſcopus Peruſinus.

PERCEPTIS feliciter bonarum artium rudimentis, eos in omni diſciplina progreſſus habuit, vt fama ad immortalitatem viam aperuerit. Gregorio IX. de Comitibus, familiæ inter Romanas præclariſſimæ, & in amore fuit, & in honore. Tanti igitur Pontificis ſtudium, aſſecutus, liberalis ingenij humanitate Peruſinæ Eccleſiæ Præſul creatur. Subinde Gregorius Fridericum II. Cæſarem Sacris proſcriptum, furentemque in perniciem ſummi Paſtoris, cùm ſtatuiſſet declinare, Peruſiam contendit; & Saluus vnà cum Sena-

tu Populoque Perusino, summũ Antistitẽ omni honoris ac venerationis significatione venientem excepit. Vita functum pari cum dolore & Ciues & Exteri lacrymis prosequuti sunt. Perhonorifice in principe D. Laurentij Æde humo mandatus est.

Scipio Ptolomæus.

SCipio Ptolomæus bonis litteris apprime excultus, multos annos Corneis Principibus à secretis fuit, magna integritatis & fidei laude. Sexagenarius domum suam reuersus, Epistolarum Volumen edidit; tanto omnium plausu, vt emptoribus deessent qui venderent. Secundum Epistolarum Volumen Hæredibus reliquit imprimendum, non minori eruditione, salibusque ac sententijs æque conditum. Scripsit

psit & librum de Principe, politicis præceptis & sententijs grauem; quo Principes docet conseruandi augendique Principatus modum. Breui typis mandabitur, eritque Patriæ Authorique ornamento non vulgari. Septuagesimum septimum agens annum ex hac vita migrauit.

Scipio Ansideus Eques Commendatarius Hierosolymitanus.

NOn alio Elogio virtutes tuas, ò Scipio, nunc libet testari quàm eo ipso, quod tumulo inscriptum tuo Ferrariæ legitur.

D. O. M.

FR. SCIPIONI ANSIDEO
Equiti Commendatario
Hierosolymitano, primò Fer
rariensis Arcis Præfecto,
quem nostra ætas antiquis
Ducibus posteriorem tem
pore, gloria supparem de-
dit, Gallia, Belgium, Vn-
gharia, Melita palmas lau-
reasque innumeras terra
marique suo sudore hosti-
li sanguine irrigantem vi-
derunt. Demum Paulus
V. Pont. Max. dignissimum
duxit, cuius virtuti, fidei-
que, nascentis Arcis incu-
nabula, & perfectæ, muni-
menta committeret. Hoc
Pontificiæ ditionis Cor ita
peruigil custodiuit, vt ab
Vr-

Vrbano VIII. Pont. Max. ad idem munus, à quo se, patriæ, ciuilis otij causa sub duxerat, reuocatus, denuò concreditam sibi Arcem non deseruerit ante quàm vitam.

IO. PAVLVS ANSIDEVS frater ex asse hæres, & Berardinus Boncãbius peditum in eadem Arce Dux, ex Sorore Nepos & Alumnus, Fratri Auunculoque inclyto, & amantissimo, Monumentum hoc veri amoris, & solidæ laudis characteribus insignitum non solum in viuo cordis albo, sed etiam leuigato in marmore extare voluerunt ad virtutis testimonium, & memoriæ firmamentum. A. D. M. DC. XXV.

Sebaſtianus de Angelis.

MIra indoles in Sebaſtiano adhuc puero eluxit. Politiorum litterarum ſtudijs inſtructus in D. Dominici Clauſtra ſe recepit, in quibus Philoſophię, Mathematicæ, Aſtrologiæ, ac ſacræ Theologiæ tam ſedulam operam dedit, vt inter ſui ordinis Doctores Magiſtros adſcriptus, in varijs Cœnobijs præclara eruditionis ſuæ reliquerit documenta. Futura dum pronunciat, omnium admiratione exceptus eſt: & Ioannes quidem Paulus Balionus, tanti viri iudicium ſi ſequi maluiſſet, ex arce Adriani abſciſſo capite non fuiſſet elatus. Cùm morum ſanctimonia plurimum excelleret, vnus è mul-

multis electus est, qui B. Columbæ animum à noxis expianti aures daret. Eiusdem Columbæ gesta Latina lingua enarrauit quę. Heroico carmine Nicolaus Alexius noster perbellè deinde cecinit. Occubuit octogenarius.

Sfortia De Oddis.

SFortia Leonelli filius, Auorum honoribus ac laudibus excitatus, egregiam nomini suo gloriā peperit. Vir ingenio remissior, consilio cæterũ, & prudentia præstantissimus. Patriæ nomine Legationum munera apud Clementem VII. & Paulũ III. Summos Pontf. summa fide, diligentia, & felicitate expleuit. At si militarem eius virtutem spectemus, vix alius ad illã maioribus naturæ & industriæ præsidijs instructior accessit. Itaque Pa-

tria, tantæ virtutis commendatione permota, Præfecturam illi quingentorum Equitum detulit. A Clusinis eius dicionis piscationes cùm perturbarentur, iniuriam acriter repulit; nec antea perturbatores desijt premere, quàm à Perusino & Senensi Senatu pro illorum incolumitate fuerit exoratus.

Siluerius Saluutius Eques.

SVa animi, corporisque fortitudine promeruerat muralem coronam Siluerius Saluutius in cuiusdam Arcis expugnatione, dum primus in eius murum conscendens, signum inibi affixit non tam relatæ victoriæ, quàm propriæ generositatis. Cuius intuitu non solum Equitis digni-

gnitate eum Imperator donauit, magno militum plausu; sed ad perpetuam eximij facinoris memoriam, nouo pinnati muri stemmate condecorauit. Quare antiquo Saluiorum stemmate deposito, Siluerius non tam noui gentilitij insignis, quàm auitæ virtutis posteros fecit hæredes. In Saluutia Gente adhuc emicat eiusdem & imago stemmatis, & fulgor exempli. Testari possum, Maldachinos ex Saluutiorum stipite pronenisse. Nā Saluutius, qui Maldachinus dicebatur, patrias Perusiæ rixas auersatus, Aquapendentis Oppidum quietis gratia habitandum constituit; intelligens, Virtutem rosæ ad instar, meliorem fieri, si transferatur. Hunc editum locum Maldachinæ Gentis originem fecit, vt eam à tellure quantum licet seiunctam accipéremus sublimi. Ex alto Viter-

bij, quo descendit, hoc licet aspicere, vbi non solum Andreas Dux militum; sed totius Ecclesiasticæ militiæ Collateralis ab Innocentio X. Summo Pont. dictus; ex quo eius filius Abbas, & Excellentissima Princeps D. Olympia eius soror, & prædicti Pontificis fratris Vxor, præclaro sanè additamento, Maldachinorum decus auxit, & nomen. Camillus verò, Olympiæ proles, à Magno Patruo vocatus ad Purpuram, Maternæ stirpis decoribus appendicem addidit longè clarissimam. Aquini Episcopus doctrinæ vitæq; innocentia conspicuus, familiam reddidit in toga, quantum Andreas præstantem in sago. E stipite Saluutiorum postremus remansit Iosephus, qui militaribus curis propensus, Venetorum militum Pręfecturas magno cum auri stipendio, tum laudis administrauit,

atque

atque adeo Maldachinis meritò consociandus

B. Simon Tursianensis.

VEterum illorum Patrum, quos inter homines adhuc degentes laudibus in Cælum extulit antiquitas, continentiam, castimoniam, humanarum rerum contemptum retulit Simon Tursianensis, Franciscana instituta professus. Vt omittam ieiunia ac vigilias, quibus luxuriantem carnis contumaciam edomuit; tanta fuit in homine animi ab omni fastu & superbia abhorrentis demissio, vt cū in Patria miraculorum splendore nitesceret, à Moderatore suo curauerit in abdita Ameriæ Claustra detrudi. Ibi nouis virtutum

tum prodigijs vitam exornans; tandiu vixit, donec maturus esset Cælo. In hanc diem magna populorum frequentia Viri sanctissimi Sepulchrum celebratur; & cuius animam Cælo fruentem colunt, eius corpus populi venerantur in terris.

Sinibaldus De Vbaldis Episcopus Tipherni.

HIc singularis sapientiç cōmendatione Amadeo fratri minime inæqualis, eundem gratiæ locum apud Martinum V. Summum Pont. adeptus est. Ergo vt Amadei morte erepta sibi solatia Tiphernates dolere desinerent, in defuncti locum ab eodem Martino Tiphernati Ecclesiæ præficitur Sinibaldus. Vi-

tæ

tæ innocentia, animique candore munus omne perfectæ virtutis explens, fere à nemine obtentam, probitatis laudem promeruit. Tandem beatitatis diu paratam, serò partam possessionem adiuit.

Simon Puraccius Camaldulensium Præpositus Generalis.

PVraccius, vt se se ab omni vitiorum lue purum seruaret, in altas montis Coronæ solitudines, procul ab hominum cœtu in abdita memorum loca concessit. Illic ieiunijs, ac precationibus, de se, atque hominum hoste triumphauit. Cùm summa prudentia, atque in rebus agendis dexteritas homini inesset, sui Ordinis Præfecturas vl-

vltrò delatas tanta laude obiuit, vt anno M. D.X C I I. totius Ordinis consensu, virtutum, meritorumque commendatione, ad summam etiam fuerit euectus Præfecturam. Hoc munus ea commendatione transegit, vt Monachi in aliud triennium in eadem dignitate confirmandum decernerent. Cæterùm, morte præuentus gradum in Cælo consequutus est ampliorem.

B. Stephanus Perusinus Monachus Cassinensis.

GEntem, ex qua originem duxit Stephanus, ignoramus. Fortè decuit ignorari genus illius, qui non à genere, sed à virtute commendationem amauit. Cassinensium Monachorum in-

instituta sequutus, sanctimoniæ altissima iecit fundamenta, in quibus Cælo par extulit ædificium. Frequens effundebatur in preces, quas Numen & audiret libenter, & approbaret, ijs concessis, quæ petebantur. In ijs cum Deo, Cælitibusque, congressibus sæpiùs sic exarsit, vt sublimis conspiceretur è solo, corpusq; penè animus destitueret, soli Deo intentus, & sibi. Multa per illum admiratione dignissima Numen peregit: multa illo petente, mortalibus beneficia erogauit. Obijt annis grauis. Cadauer in æde D. Petro sacra Ciues coluere, venerationis significatione singulari.

B. Thad-

B. Thaddeus de Scalzis.

THADDEVS Dominici diſciplinam à puero elegit, tantoque Magiſtro tantum profecit, vt poſſet ab hominibus laudari, amari à Deo. Ardentiſſimas amoris diuini flãmas conceperat. Cum ijs vehementiùs æſtuaret, dulciſſimas ſoluebatur in lacrymas, quibus ſuauiſſimum enutriret, non extinguere incendium. Plura non addam, quia melius Thaddei pietas, ac ſanctimonia, populorum votis ac veneratione, quàm cuiuſquam oratione predicatur. Deſijt apud mortales eſſe anno

no M.CC.LVI. Perusiæ apud ſuos ſepultus.

B. Thomaſſellus, Ordinis Prædicatorum.

MInimè gregalem inter Perusinos Heroes meretur imaginem Thomaſſellus Prædicatorum, Ordinis lumen. Is à D. Thoma Aquinate doctrinam ſimul, ac pietatem ingenioſus pariter, ac probus diſcipulus arripuit. Cathedras, acutè docendo; pulpita, feruentiſſimè declamando; Terrarum orbem vniuerſum erudite ſcribēdo illuſtrauit. Diuina ſapientia æquè, ac chriſtiana eloquentia inſtructiſſimus, cum verborum ſuauitate, lenitate, atque clementia, hominum beneuolentiam ſibi facilè

lè conciliauit. Cæterùm, in alios mitis, in semetipsum peracerbus visus est. Homo se se discruciandi modo reperto, ferream loricam induere nudus consueuit, eaque tectus multorum dierum iter pedes conficere; egregius planè Christi miles, æternaque recolendus memoria. Mortem multò ante præuisam fortiter expectauit, stante vultu excepit anno ætatis XXVIII.

B.

B. Venturinus Ordinis ſancti Franciſci.

EA ſuit in Venturino, quem nos è Vēturinorum Gente ortum ſuſpicamur, ſui ipſius humilis, & demiſſa opinio; vt nè Genus quidem ſuum ſatis notum eſſe voluerit: Sed illud eiuſdem virtutis illuſtrius documentum: Honoris quid venit, effugiens, ne Sacerdos quidem voluit initiari, ſed peregrinorum fratrum recipiendorum curam ſuſcepit: ſuſceptam ſumma pietate, ac charitate exercuit. His artibus mirum in modum Deo placuit, dignuſque

ha-

habitus est, quem Deus humanam supra naturam eueheret, prodigijs clarum, & miraculis. Mortuus in æde D. Francisco sacra sepulcrum habuit, ibique pia hominum veneratione colitur, vt is honor contingat defuncto, quem viuus despexit.

Vgolinus Vibius Episcopus Perusinus.

VEhementi christianę virtutis amore flagrans Vgolinus Vibius, vltrò se se D. Petri Cęnobio Perusiæ adhuc adolescens addixit, vt ipso ætatis flore pręcoces Religionis fructus Deo offerret. Tanta antiqui moris, & aureæ integritatis æmulatione vixit, vt inter pręclara eius sæculi exempla cōspicuus monstraretur. Suprema Abbatis

tis dignitate à Patribus Cassinensibus insignitus, eos de se clamores excitauit, vt fauente Clero, à Io. XXII. Pont. Max. pontificijs infulis donaretur. Septimo Episcopatus anno diem clausit. Supremum sepulchri honorem magnificè exoluerunt Patritij Perusini; elatusque est ad Aedem principem.

Vgolinus Gualterottus Episcopus Tipherni.

HVmanioribus litteris, & naturæ indagatrice Philosophia instructus Vgolinus, ita sacrorum Canonum studio detinebatur, vt vnis hisce delicijs addictus, cæteras omnes respueret voluptates. A Tiphernatibus in Pastorem vocatus, à Clemen-

Bigazzinos dixerunt, in Eugu. binos militem egit, quà ſuis Oppidis, quà Peruſinorum, Spoletanorum, Nucerinorum, ac Gualdenſium Vrbibus eductum. Cauſa belli fuit, auiti iuris tuendi æquiſſima cupido. Non fortiùs quàm feliciùs pugnauit. Hoſtem ſuperauit, & iure ſuo iterum aſſerto, pacem non ſuis, quàm hoſtibus potiorem ſanxit.

Vincẽtius Herculanus I. I. V. C. Aduocatus Conſiſtorialis.

VIncentius Herculanus ob vulnus in facie inflictum Friſius nuncupatus, cùm ſignata facie videri nollet, integrum quinquẽnium nunquam domo egreſſus, quod dedecori futurum videri poterat, euaſit in decus.

Librorũ aſſidua contrectatione ad eam Iuris cognitionem peruenit, ad quam ætatis ſuæ Iuris Conſulti pauciſſimi deuenerunt. Ex ijs latebris tandem erumpens publico Iuris profitendi muneri ſe reſtituit. Cùm eximia eloquentia, viuidique ingenij acies homini eſſet, doctrinæ fáma illicò non Italiam modo, ſed remotas etiam Prouincias impleuit. Tantam ad publica negocia tractanda induſtriam attulit, vt pro Patria legatione perſæpe ad ſummos Pontifices dum perfungitur, non ſolum Patriæ feliciter proderit, ſed Pontificum animos ſibi deuinxerit, ab illorum aliquo Aduocatus Conciſtorialis tandem renũciatus. Amor ſapientiæ, & animi acies nunquam in hoc conſenuit. Annis iam grauis oculorum acie cùm eſſet deſtitutus, integrum quinquennium ad publi-

bli-

blica Gymnaſia deferri voluit, vt Adoleſcentes erudiret. Præclaros in Digeſtorum volumina commentarios ſcripſit: rursùs Reſponſa reliquit eruditiſſima: demum eiuſdem opera patriæ Leges in meliorem ſormam reſtitutæ adhuc vigent. Exceſſit anno M. D.XXXIX.

Vincentius Menna Poeta.

NEque te ſilentij velamine inuoluam, Vincenti Menna, qui patrio ſermone nobis Poetarum Principem loquentem reddidiſti. Quoties animo carmina, quibus Æneidos libros ſex interpretatus es, repeto, toties mel ex illis profluere, & incredibili quadam ſuauitate condiri ſentio. Non exaggerabo

pluribus fertilitatem ingenij tui. Dignus eras, qui Virgilio lucem afferres.

Vinciarellus de Vinciolis.

NEmo potior bello gerendo Vinciarello habitus est. Dum enim nullum militis laborem omisit, ad supremum militaris laudis fastigium ascendit. Cōfirmata exaggeratæ virtutis opinione, Perusinis copijs, in Turcas Asiaticę accolas terrę coactis, Perusino Senatu iubente præfuit. Biennio, quo inter arma tam periculosa fuit, nemo illo fortior, nemo vigilantior, nemo constantior vixit. In his victorijs, ac triumphis veriùs quàm prælijs, ac certaminibus mortem obijt. Extinctum arrata

vni-

vniuersa Ciuitas defleuit. Par enim erat, vt tantus Ciuis vel vita functus, gratissimæ patriæ studio triumpharet.

Vinciolus I. de Vinciolis.

Vinciolus Vinciarelli filius, vt erat egregiè fortis, & sui, & paterni nominis amplitudinem auxit. Gloriæ cupiditate maximè exæstuans, periculique omnis contemptor gloriosus, tantam promeruit fortitudinis commendationem, vt summus earum Præfectus crearetur copiarum, quibus retundendæ Turcarum iræ fuerat à Perusinis demandata prouincia. In aciem aduersus Barbaros cùm prodijsset, peritissimum Ducem se præbuit, præcipuè apud Smyrnam,

nam, vbi magna clade barbaris attritis, cecidit & ipſe, ſed diù in poſterorũ memoria victurus. Nam Bracchius Balionus ſplendidum Vincioli ſimulacrum in ſua aula, inter Peruſinos Heroes collocauit.

Vinciolus III. de Vinciolis, Protonotarius Apoſt.

AD præſtantiſſimum Vincioli ingenium, quod formæ quoque dignitas commendabat, acceſſerunt eximia eloquentia, multiplex doctrina, ſumma Poeticæ eruditio, demum ciuilium rerum ſingularis intelligentia, quam ille vſu, magnarumque rerum, iam inde à prima adoleſcentia in Romana Curia, tractatione aſsidua aſſe-

assequutus est. Post quam Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus ad summum Ecclesiæ Romanæ apicem assumptus est, & Clemens VIII. nuncupatus, tantam noui Pontificis familiaritatem inijt, vt inter eius secretiores Cubicularios adscitus, eruditissimis suis, sapidisque colloquijs sæpe iuberetur grauiores maximi Principis curas lenire. Subinde à Pontifice vtriusque Signaturæ inter Referendarios, & Apostolicos inter Protonotarios relatus, propè fuit vt purpura exornaretur. Non desunt, qui inter Cardinales manè in Concistorio pronunciandos scriptum fuisse Vinciolum asseuerent, mox expunctum. Illud hic dixisse sufficiat ad tanti viri laudem: Vinciolum tantam dignitatem meruisse virtute, aliena vel inuidia, vel maleuolentia amisisse.

Vir-

Virgilius Florentius Episcopus Nucerinus.

PAtruorum suorum Marci Antonij, & Petri Ioannis industriâ, Virgilius tam diligenter litteris instructus est, vt miros in Iuris peritia fecerit progressus. Lauream magna doctrinæ fama consequutus Romam iuit, vt ciuilibus controuersijs implicatos iuuaret. Eam solertis doctrinæ, & prudentiæ laudem ex eo munere retulit, qua sibi aditum ad Cardinalis Perbenedicti aulam aperuit. Huic summa fide, ac diligentia, Auditoris titulo cùm præsto fuisset, ab eodem in Nucerinum Episcopum Clementi VIII. propositus est. Ob Pontificis mortem euentu

vota

vota cùm caruissent, paulo post à Paulo V. Nucerinæ Ecclesiæ Præsul renunciatus est. Gregem dum pascit, Pastoris optimi exẽplar expressit.

Centuriæ Secundæ Finis.